This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

RESEARCH LIBRARIES
3 3433 06822913 1

ZEM

Hilary

ZEM

Hilary

Hilary

S. HILARII

PICTAVIENSIS EPISCOPI

Poitiers

OPERA OMNIA.

RECUDI CURAVIT

DR. FRANCISCUS OBERTHÜR.

TOMUS IV.

WIRCEBURGI,

In Officina Libraria STAHELIANA.

M DCC LXXXVIII.

Offic. Ord. S. C. P.

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY
346307
ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS.
1906

CONTINENTUR HOC TOMO IV.

BREVIS EPICRISIS IN CRISIN SUMMARIAM IN OPERA HILARII.

HISTORIA LITTERARIA OPERUM HILARII.

A. CODICES MSTI QUIDAM.

B. EDITIONES.

OPERA QUAEDAM S. HILARII DUBIA ET SUPPOSITITIA.

VARIAE LECTIONES ET OBSERVATIONES IN QUAEDAM HILARII LOCA.

INDEX TEXTUUM SCRIPTURAE, QUI IN LOCIS NON SUIS EXRLICANTUR.

EPICRISIS
BREVIS
IN CRISIN SUMMARIAM
IN
SCRIPTA HILARII.

Publicato jam Volumine tertio operum S. Hilarii, finitaque in illo ſummaria in Hilarium Criſi, monitus ſum a Rœſslero, qui nono ſuæ bibliothecæ patriſticæ tomo Hilarium ſiſtit, & ab Helmſtadienſibus annalium litterariorum editoribus, Semlerum ad Magiſtri ſui Baumgartenii Polemicam III. Vol. plane invictis argumentis refutaſſe vindicias Hilarianæ orthodoxiæ Maurino Patre, Petro Conſtantio auctore ſcriptas; ac oportuiſſe in hac Criſi non ſolum antiquiorum Hilarii cenſorum, Eraſmi, Centuriatorum, ſed etiam aliorum, Semleri inprimis rationem haberi.

Semlerianum Baumgartenium ad manus non eſſe, nec acciri tam cito poſſe, quam, editoris ſuo Hilario abſolvendo, & in lucem publicam dando ſumme intenti importuna celeritas, ac feſtinatio operæque jam calentes vellent, vehementer dolui, quod Hilarium copioſo, plenoque, quantum hoc ævo fieri poſſet, apparatu inſtructum emittere in lucem decreverim.

Neceſſitati cedo, indicaſſe ſaltem contentus de Semleriana in Hilarianas Conſtantii vindicias epicriſi

aliquid, ut, quibus id placet, poſſint ſuo marte experiri, quantum hæc præ illis in æſtimanda Hilarii orthodoxia valeat.

Dubito tamen ita invicta eſſe Semlerianæ epicriſeos argumenta, ut non præplacere pluribus debeat dexteritas boni Conſtantii, qui ex obſcuriſſimis, ut non inficior, Hilarii circa quædam, & quidem abſtruſiora dogmata phraſibus & ſententiis ſenſum ſcivit talem eruere, qui cum toto fidei Catholicæ ſyſtemate conveniret, ac totum Hilarium Eccleſiæ Catholicæ aſſereret.

Unum in ſpecie profert Rœſlerus, cui quidem magnum tribuit momentum, Hilarium nempe Auguſtiniano de gratia dogmati certo non favere. Non vacat modo, utrumque ſcriptorem ad ſe invicem conferre, & quam Hilario cum Auguſtino & Eccleſia conveniat, oſtendere. Sufficit id indicaſſe: ipſum adeo Auguſtinum Hilarii circa peccatum originale, & agnatam illi de gratia materiam ſive circa totum illud de quo cum Pelagianis altercabatur dogma, orthodoxiæ, inſigne teſtimonium tuliſſe: Cum enim Joannis Chryſoſtomi auctoritate in rem ſuam contra Auguſtinum uterentur Pelagiani, reſpondet Auguſtinus Lib. I contra Julian. c. 6. „Itane eſt? verba S. Joannis Epiſcopi audes tanquam e contrario tot taliumque ſententiis opponere? abſit, ut Conſtantinopolitanus Joannes de baptiſmate parvulorum, eorumque a paterno chirographo liberatione per Chriſtum tot tantisque coepiſcopis ſuis, maxime Romano Innocentio, Carthaginenſi Cypriano, Cappadoci Baſilio, Nazia-

Nazianzeno Gregorio, *Gallo Hilario*, Mediolanenſi reſiſtat Ambroſio. Hoc credidit, hoc didicit, hoc docuit & Joannes. "

Quanquam ſi detur antiquorum Patrum uni id humanitus accidiſſe, ut circa dogma fidei unum, ſuo ævo nondum ſatis eliquatum hallucinatus, aut ſermone non ſatis apto locutus fuerit, præſertim ſi aliis occupatus ad illud velut ex obliquo tantum reſpexerit? nullum inde orthodoxæ fidei damnum, quæ non ex unius alterius ve Doctoris auctoritate pendet. Tanti ergo non intereſt huic epicriſi longius immorari, præſertim ſi aliud etiam non deſit, unde legitima excuſatio petatur.

HISTORIA LITTERARIA SCRIPTORUM HILARII.

A.

De Codicibus Mſs. quadam.

Non ab eo ſolum tempore, ex quo excogitata eſt ars typographica, ſed & ſuperioribus ſeculis identidem extiterunt, qui in recognoſcendis Hilarii operibus induſtriam ſuam probarent. Ob reconditiores autem illius ſenſus effectum eſt, ut interdum viri illi ſubſtituerent proprios, verbis obſcuris, quæ non ſatis aſſequebantur, alia ſuperaddentes planiora, quæ deinde in exemplis recentioribus ſola obtinere conſueve-

ſueverunt. Hujus rei exemplum ſuppeditat Codex olim Floriacenſis, nunc Colbertinæ bibliothecæ not. 1194. ex antiquiſſimo Carnutenſis Eccleſiæ MS. ab annis circiter 800. deſcriptus, in quo eæ tantum viſuntur lectiones, quæ in Carnutenſi ſecundis curis adtextæ ſunt, quamvis primæ ut plurimum ſint meliores. Studioſorum opera magis comparet in exemplari olim Aquisgranenſis, poſt Corbejenſis, nunc Germanenſis bibliothecæ, ex quo, cum plura poſtmodum deſcripta ſint exempla, priores lectiones ubique poſthabitæ ſunt, immo locum ceſſerunt ſecundis. Quocirca non ex uno, alterove codice, ſi præſertim recentiores fuerint, ſineera exprimi potuerunt Hilarii ſcripta.

Nullus deſiderari videtur poſſe antiquior, quam qui in Archivio Vaticanæ Eccleſiæ aſſervatur. Nam ita de eo Mabillonius lib. de Re diplom. tab. 6. „Scriptus eſt Codex, ſi priora folia recentioris ſcripturæ excipias, ſub finem ſec. IV. aut ineunte V. ut intelligitur ex juncta ad calcem libri in Conſtant. inſcriptione cujusdam ſtudioſi, quam ſic reddo, *contuli in nomine D. Jeſu Chriſti aput Kaſulis conſtitutus anno quarto decimo Traſamundi Regis.* Qui Catalogum prædicti Archivii ordinavit, pro: *aput Kaſulis* legit: *Putzulis: quod eſt in Africa*, inquit, *in regione Numidiæ ſive Barbariæ. Vulgo appellatur Putrazzio, ſitum inter Tunetum & arcem Goletæ.* Si recte apices Codicis aſſequor, non dubito eſſe legendum: *apud Kaſulis*, quæ urbs erat provinciæ Biſacenæ, Antonio *Caſula* dicta: cujus Epiſcopus Quintianus legitur in Notitia

Afri-

Africæ, *Quintianus Casulis Carianensis.* Facilis c ippe est *d* in *t* permutatio, qualis est in vocibus: *haut set*, aliisque similibus, quæ in MS. codicibus non raro occurrit. Holstenius ad oram hujusce adnotationis manu sua scripsit, annum quartum decimum Trasamundi Regis convenire anno Christi DX. "

Hactenus Mabillonius. Sed in antiquo codice non negandum est, menda esse antiqua, quæ, quod Hieronymus epist. ad Lucinium monet, in mentem revocant: *opuscula mea ad describendum hominibus tuis dedi, & descripta vidi in Chartaceis codicibus, ac frequenter monui ut conferrent diligentius & emendarent. Ego enim tanta volumina præ frequentia commeantium & peregrinorum turbis relegere non potui. Unde si paragrammata repereris, vel minus aliqua descripta sunt, quæ sensum legentis impediant, non mihi debes imputare, sed tuis & imperitiæ notariorum, librariorumque incuriæ, qui scribunt non quod inveniunt, sed quod intelligunt; & dum alienos errores emendare nituntur, ostendunt suos.*

„Eam ob rem codicis hujus antiquitati nihil inconsulte tribuimus, dicunt Maurini editores. Ea tantum ei concessa veneratione, ut lectiones prope omnes, in quibus a ceteris discrepet, diligenter annotaremus. Has a Joanne Bapt. Bandinio Vaticanæ Basilicæ Canonico, cum novam Hilarii editionem pararet, collectas nobis descripserunt Fratres nostri, qui Romæ versantur, & nonnulla opera per se accurate recognoscentes laudati Canonici diligentiam probaverunt. "

Veronenſis autem editor Maffeius ita de hoc Vaticano Codice ſcribit: „ Antiquitatis gloriam minime codex noſter — Veronenſis, de quo infra — percelebri illi concedit, qui in Archivio Vaticanæ Baſilicæ cuſtoditur, & velut unice vetuſtiſſimus ad hanc diem deprædicatus eſt: quod enim eum P. Mabillonius dixerit, *ſcriptum ſub finem ſeculi IV. aut ineunte V.* quæ verba P. Cutantius repetit in præfatione, id mero, & involuntario lapſu viris doctiſſimis excidiſſe patet, cum ad annum DX. ejusdem collationem revocent: quo conſtat *ſub finem ſeculi V. aut ineunte VI.* enunciandum fuiſſe. Verum ſuſpicari me vehementer, hallucinationis aut erroris quidpiam in judicio de eo codice ad hanc diem lato ſubeſſe, ac latitare, nequaquam diſſimulo. Quamvis enim e Mabilloniano ſpecimine eximia libri vetuſtas appareat, non ejusmodi apparet tamen, quæ ſecundum obſervationes communiter adhibitas usque eo revocari poſſit. Teſtes appello, quicunque in priſcis perquirendis codicibus, ac terendis, minime perfunctoriam poſuerint operam. Liber ſiquidem, de quo agimus, ea ſcriptura conſtat, in quam ſequiori ævo deflexit Romanorum uncialis, ſolo: N. majorem, ac priſcam formam retinente. Illo ſcribendi genere multi multis in locis reperiuntur codices, quorum quempiam nemo unquam fuit, qui in tantam vetuſtatem aſſereret. "

„ At de adſcripta epocha quid dicemus? Hæc ſcilicet haberi dicuntur ad Calcem: *contuli in nomine D. Jeſu Chriſti aput Kaſulis conſtitutus anno quartodecimo Traſamundi Regis:* quæ quidem verba *inſcriptionem*

cujus-

cujusdam ſtudioſi Mabillonius appellat; vere autem ab illo adjecta ſunt, qui codicem, ut mos erat, contulit, atque emendavit. Sic ad Calcem Virgilii Medicei adnotavit Rufius Apronianus: *legi, & diſtinxi*, &c. deinde: *diſtinxi emendans*, &c. Cum ergo in Hilariani codicis ſubſcriptione annum quartumdecimum *Traſamundi Regis* legerit Holſtenius, anno ſaltem Chriſti DX. ſcriptum fuiſſe omnes ſubinde aſſenſi ſunt. Hæc nihilominus opinio multum infirmetur neceſſe eſt, ubi animadvertamus, verbum illud, prout in ſpecimine repræſentatur, nec pro *Traſamundi*, nec pro Traſamund legi poſſe; ubi enim *m*? ubi *a* duplex? ubi *u*? vereor ergo, ne aliud quoddam ibi latitet nomen; circa illud vero, qui codicem non viderim, divinationibus parco. Dictio quoque, quam pro *Putzalis* accepit Holſtenius, & pro *Kaſulis* Mabillonius habet, de Caſula explicans Byzacenæ provinciæ civitate, valde in ambiguo eſt. Neque enim primam litteram, ut ibi effingitur, pro Kappa recipient diplomaticorum hominum filii; & mirum videri poſſit, Auguſtini, Cypriani, Tertulliani in Africa ſcripta exemplaria non haberi, haberi autem Hilarii Pictavienſis.“

Hactenus Maffeius de Vaticano codice. Maurini poſt hunc antiquitate ſecundum, propter ſinceritatem autem facile primum ſtatuunt codicem olim Abbatiæ S. Dionyſii juxta Pariſios, nunc Colbertinæ bibl. MS. 825. „quem cum aliis bene multis, dicunt, humaniſſime nobis ſuppeditavit nunquam ſatis pro ſua comitate laudandus Stephanus Baluzius eidem bibliothecæ *præfectus*.“ „Por-

„ Porro quamvis non careat hic codex mendis, quæ imperitis exſcriptoribus non raro accidunt, nullum tamen habet, quod a ſciolis immiſſum ſuſpiceris. Hoc in eo MS. notatu dignum, quod cum ad calcem cujusque libri ſubjiciatur Hilarii nomen, nusquam occurrat, niſi nudum, & honorifico quolibet titulo deſtitutum, v. g. *explicit Hilarii liber primus. Explicit Hilarii liber ſecundus*, &c. nusquam: *ſancti:* quo tamen titulo cum ab Hieronymo, Auguſtino & aliis, tum in laudato Vaticanæ Baſilicæ exemplari inſignitur. Quod argumento eſt, eum vel ex ipſo Hilarii autographo, vel ex alio exemplari, quod Hilario adhuc ſuperſtite ſcriptum fuerit, ſumma fide fuiſſe exſcriptum.

Plura de Codicibus Mſs. Hilarii Editores Maurini noſtræ memoriæ non prodiderunt, ita enim de MStis agentes concludunt: „ Longum eſſet, forſitan & ſupervacaneum, de ceteris Mſs. ſingillatim diſſerere. Hoc certe aſſerere liceat, nihil nos non egiſſe, quo plures, ac præſtantiores compararemus; neque etiam labori peperciſſe vel tempori, ut quid in iis, quid in vulgatis præponderaret, dijudicaremus. Et ad libros quidem de Trinitate nihil nobis amplius deſiderandum videri, confirmavit codex inſignis Eccleſiæ S. Martini Turon. ab annis circiter mille deſcriptus: ex quo cum variæ lectiones, libris illis jam paratis & caſtigatis, ſed nondum prelo ſubjectis, miſſæ eſſent, ne una quidem inventa eſt prius vulgatis præferenda, quam non ex aliis jam revocaſſemus. “

„ Quanto

„ Quanto autem ſtudio Mſs. copiam ubique conquiſierimus, teſtes ſunt Germani, Britanni atque Itali, quorum opera exterarum illarum regionum bibliothecas luſtravimus. Quod nobis cenſuimus præſtandum, non tantum ut edita Hilarii ſcripta priſtinæ integritati ſuæ reſtituere, ſed & e latebris eruere nondum edita valeremus. Latere enim multa certiſſimum eſt. "

Interim quos in Variantium lectionum collectione nominarunt Maurini, ſi cui lubet, poterit in cenſum hunc referre. Aliquos, cum ſcripta Hilarii Tom. I. recenſerem, jam ibi nominavi. Tantum de duobus Veronenſibus a Scipione Maffeio Veronenſi Hilarii editore adhibitos ipſius verbis deſcribo. "

De illis Scipio ita: „ Cum duo præcipue in Capitularibus ſcriniis S. Hilarii Codices habeantur, quibus non multas velim ex iſtiusmodi reliquiis, quacunque tandem in bibliotheca ſuperantibus anteponas, eorum deſcriptionem, ut eruditi ſeculi genio morem geram, exhibere pergo. "

„ Alter ex illis opus continet de Trinitate. Liber eſt maximi moduli, ſingularem tum litterarum, tum membranæ magnificentiam oſtentans, figura quadrata, lævi charta, ac plerumque ſubtili, atramento in flavum vergente, ſcriptura bifida, atque a temporis injuriis intacta, oris late circum albicantibus, eadem manus, nihil prorſus a prima amplitudine, & ſcripturæ majeſtate deflectens perſtat usque ad extremum. Sub finem tres aut quatuor deſiderantur chartæ, quapropter nec librarii, nec temporis ſu-

per-

pereſt nota: ſed quinto aut ſexto ſeculo exaratum codicem, indicia perſuadent omnia. Antiquitatis gloriam minime ergo codex noſter percelebri illi concedit, qui in Archivio Vaticanæ Baſilicæ cuſtoditur, & velut unice vetuſtiſſimus ad hanc diem deprædicatus eſt. "

„ At de his quid unicuique libet, credatur, neque enim quidquam præfracte ſtatuo, neque aliud in præſentia ad rem pertinet noſtram, niſi ut ex utriusque collatione vetuſtatis laude Veronenſem codicem anteferendum eſſe, doctus lector agnoſcat. Quodſi vetuſtate nequaquam præcelleret, ſatis præcellit emendatione, ac fide; menda ſiquidem in Vaticano abundare monuit Conſtantius, cum in Veronenſi, perraro occurrant, ita, ut paragrammatis minus contaminatos codices paucos viderim. Priſcæ etiam ortographiæ commendatur uſu: propterea ubi exempli gratia in editis: *attingimus*: in MS. eſt *adtingimus*: ubi: *aſſequatur*: in MS. *adſequatur*: quibus lectionibus ſenſus quoque reſtituitur. Plura in auctores veteres invecta ſunt ænigmata, quod librarii vulgarem pronuntiandi mollitiem ſequentes, a recta hac ſcribendi norma deflexerint. "

„ At dolendum ſummopere primam æque ac poſtremam chartam malo quodam fato a codice noſtro abſciſſas fuiſſe, ita ut nec auctoris nomen, quod, qui in dubium revocaret, non defuit, nec operis inſcriptio appareat, quæ diverſimode prolata eſt. Utrum itidem libris XII. ille de *fide Orient.* adjungeretur, ex quo Caſſiodorus *tredecim libros 6. Hilarii de SS. Trinitate*

te memoravit, ex MS. mutilatione ignoramus. Liri in capita videntur dividi, ſed admodum prolixa. uæ afferuntur auctoritates, verſibus arctioribus inigitantur. Verba ſi quæ fuerant omiſſa, minuto haractere ſuperaddita viſuntur, at ejusdem ubique guræ, ac majoris formæ. "

„ Cum multis ab hinc annis (neque enim ἐχθεσινος at hornus hic labor eſt) in hunc præclarum codicem rimo incidiſſem, impetu quodam ad decantatum liri ſecundi, capite in poſtrema editione, vigeſimo ptimo, inſpiciendum locum me contuli: ex eo ſiuidem acerrimæ cum octavo, ac nono ſeculo conntiones, tum eo maxime tempore iteratæ inter eruitos viros fervebant diſceptationes. Cenſebam equiem, eam controverſiæ partem, quæ ex antiquis coicibus pendet, hoc potiſſimum ſupra ceteros antiuo atque eximio codice diremtum iri: ſed mirum, hoc quoque, quod nos ancipites adhuc relinquat, e deprehendiſſe. "

„ Quæſtionis caput eſt, utrum in fine prædicti apitis legendum ſit: *dum carnis humilitas adoratur:* a vero: *dum carnis humilitas adoptatur:* cumque disrepent eo loco non excuſi tantum, ſed & deſcripti bri, utra præferenda ſit lectio, utra ab auctore ipſo efluxerit. "

„ Id quidem tot concertationibus nequaquam disuirendum erat, cum ab utraque lectione ſenſus fluat rthodoxus: patet enim, verbum *adoptatur* de huanitate intelligendum eſſe a filio adſumta, non a atre adoptata. Hiſtoriæ tamen intererat, ut præcipue

cipue quod ad Felicem Orgelitanum Epiſcopum ſpectat, facti veritas detegeretur. Huic exponendo ſuperſedeo, cum ſatis innoteſcat, & a recentibus ſcriptoribus fuſe atque eleganter proponatur, diſcutiaturque. Ego quid Codex noſter ferat, bona fide exhibeo. "

„ Primo igitur pro comperto habeatur, in hoc libro: *adoratur* ſcriptum eſſe, nullo abraſionis veſtigio, nulla ſuperinductionis ſuſpicione; & cum poſt eam dictionem a capite reſumatur verſus, in vacuo, quod remanet, ſpatio, ſive paulo poſteriori manu: *adoptatur:* adjectum fuiſſe. Priori verbo nulla quidem irrogata eſt contumelia, ſed lineolis ſuperpoſitis, atque *R* in ſuperiori margine adſcripto, indicatur de more, adjectam diſtinctionem anteriori ſuperſtituendam eſſe, in aliis tamen codicibus certius adhuc teſtimonium requirendum. Id in hoc libro, ut & in aliis, ad dubia loca græce etiam quandoque innuitur, pro *R* require, *Z* adpoſito, hoc eſt: ζητει. "

„ In verbo *adoptatur* eadem litterarum figura, idem prorſus atramenti color; at levi cultello fuiſſe olim apparet, qui litteras, & ſuperpoſitas lineolas abducere tentarit, ac delere. Quæ quidem omnia in has conjecturas me pertrahunt. Liquido primum, nullaque hæſitatione exaravit librarius: *adoratur:* at ſive ab ipſo alia poſtmodum exemplaria inſpiciente, ſive ab alio quopiam: *adoptatur:* additum eſt, & ſimul ut *adoratur:* expungeretur, monitum. Alter exinde aceeſſit, cui ſecunda lectio non probabatur; propterea verbum: *adoptatur:* conatus eſt aufferre, abraſionis nube-

ibeculis id ſatis teſtantibus. Colligi hinc poteſt, benter quidem: *adoratur*: lectum olim fuiſſe, de ea men lectione antiquitus quoque, & multo ante Fecem Orgelitanum dubitatum eſſe. Neque hunc Cocem unum ex iis eſſe, quibus Felix, vel ejus fauores manus injecerint, ſuſpicari poſſumus, cum: *loratur*: minime abraſum ſit. Hinc & in Vaticano odice, ut audio, controverſa dictio a ſecundo camo immutationem eſt paſſa. Ex eo accidit, ut: *loratur*: legerint Hincmarus, atque Alcuinus, *adtatur*: vero Agobardus Lugdunenſis, qui Felicem onfutans, atque omnia, quæ præceſſerant, probe allens, ab omni fraude ſibi ſatis caviſſe credendus ſt. "

„ Satis ergo veriſimile apparet, lectionem: *adtatur*: a Felice non primum excogitatam, ſed in aliuo codice inventam eſſe; cumque ſibi propitiam, c ut accidere ſolet præjudicio aliquo occupatis, erori ſuo faventem male reputaret, in Aquisgranenes codices doloſe induxiſſe. Forte etiam lectionem Iam audio deinde habuerunt Catholici ac hoc ipſo, dem Felix illi ſuperſtruere errorem conatus eſt, *adtionis* ceteroquin ſatis ipſis ſuſpecta poſt Arianam ereſim. *Non per adoptionem hæc facta ſunt, abſit*: a in Capitulari alio Concilium Epheſinum continente odice ea verba S. Athanaſii in epiſt. ad Epictetum itine redduntur, *οὐ δι' υἱοθεσίαν δὲ ταῦτα ἐγένετο, μὴ γένοιτο*: quæ in Conciliis edita verſio prave contorquet. Caſſiodorus in Pſ. I. *propter humilitatem carnis aſſumtæ*. Hinc Alcuinus Felici: *Tu omnino perverſiſſime dicis*: ad-

optatur, quamvis non ea perverſa eſſent verba, ſed interpretatio. Hæc autem omnia, ut conſtet, quam ab antiquo, & cur is locus dupliciter in libris deſcriberetur. "

„ Ceterum quomodo Hilarius ipſe ſcripſerit, mihi quidem facile cognitu videtur omnino: contextum enim percurrentibus ſtatim patebit, vocem: *adoratur*, orationis elegantiæ, quam auctor ibi ſectatur, minime convenire. *Parit virgo partus a Deo eſt: vagit infans, laudantes Angeli audiuntur: panni ſordent, Deus adoratur: ita poteſtatis dignitas non amittitur, dum carnis humilitas adoratur.* Neque apte immediata orationis membra bis eodem verbo clauduntur, neque mirificum illud, quod ex oppoſitis aucupatur Hilarius, oritur, ullo modo, ſi dignitatem non amittat, qui adoratur, oritur autem optime, ſi dignitatem non amittat, qui carnis humilitatem adoptat. Cur vero Felix criminationem falſi veteri aliquo prolato: *adoptatur*: exhibente non repulerit, vel invidiam ſaltem non minuerit, profecto non intelligo. Eodem certe ſenſu Hilarius in Expoſit. Pſ. 127. protulit: *per adoptionem corporis*: fruſtra vero legendum eſſe: *per adoptionem*, quamvis Eraſmiana editione ſuffragante, vir ingeniſus conjiciebat; nam *adoptionem* præfert præſtantiſſimus omnium Capituli noſtri liber alter, cujus jam relationem ingredimur. "

„ Paucos quidem ex Eccleſiaſticis præſertim Mſſ. codices reperias, qui cum hoc antiquitate certent, facieque ipſa ac conſpectu majoris vetuſtatis aucupentur fidem. "

„ S. Hi-

„ S. Hilarii tractatus in Pſ. complectitur, quorum rara admodum occurrunt ſcripta exemplaria. Illos in IX. XIII. & XCI. in MS. Vaticano unice ad hanc diem repertos, comprobat noſter, qui pariter recenſet. “

„ Libri forma media, & oblonga, ne quadrata unice in pretio ſit. Membrana, ubi inoffenſa, candida eſt, adeoque ſubtilis ac tenuis, ut quædam folia tactum effugere videantur. Atramentum Xerampelinum eſt, & ſubalbicans. Scriptura in duas columnas diſcreta. Ubi Græca incidunt verba, accentibus ac ſpiritibus nullis effinguntur. Quæcunque ſive ex aliis Pſalmis, ſive aliunde afferuntur, ſeponuntur, priori etiam verſu rubricato. Rubricata autem verba auri olim ſuperinducti alicubi veſtigia retinent. Scriptionis ſpecies Virgilium Mediceum parum feliciter ab editis ſpeciminibus repræſentatum in eo præcipue refert, quod litteræ mediocris pariter ſint magnitudinis & calamo ſubtiliori exaratæ: quod *P* & *Q* deſcendant nunquam, neque infra protendant, & quod in *T* transverſa linea vix appareat, ut etiam in *G* & in *L* inferiores ductus. Ceterum noſter magis affabre diſtincteque ac æqualiter deſcriptus eſt, nequid a recta linea in verſibus exarandis manus deflecteret; calami via ſtylo deſignata viſitur. “

„ Ab emendatione quoque generatim laudandus liber, quamobrem librarii jure merito in hominum memoriam revocabimus, quod præter morem, ubi minus exſpectandum erat, incurrimus: in Alphabetico ſcilicet Pſ. 118. poſt illa: *littera III. explicit, incipit*

littera IV, feliciter, exiguis, ſed majuſculæ pariter, ut vocamus, figuræ characteribus legitur inferius: *ſcribit Antiquarius Eutalius.* Compendium litterarum veterum lapidum uſum ſapit. In eodem Pſ. poſt litteram decimam, intra circulum Chriſti monogramma in apice præſeferentem: *ſcriptori vita, legenti doctrina.*"

„Antiquariorum munus, quorum frequens apud Veteres mentio, Valentis lex anno CCCLXXII. lata probe deſcribit: *Antiquarios ad bibliotheca Codices componendos vel pro vetuſtate reparandos, quatuor græcos & tres latinos ſcribendi peritos legi jubemus.* Iſidorus ita dictos putat, quia tantummodo *vetera ſcriberent;* ſed repugnat Euthalii noſtri auctoritas, qui ſe Antiquarium vocat, Hilarii nequaquam tunc vetuſtos, ſed forte calentes adhuc Commentarios tranſcribens. Ego inter librarios eo præſertim nomine donatos opinor, qui non curſoriis ſive celeſibus, quæ barbaris nominibus non ſine miro & univerſali errore deſignari ſolent, ſed majoribus, accurateque effictis litteris, ac diligentia ſingulari codices conſtruere profiterentur. Græcum vocabulum docet, καλλιγραφος ſiquidem *Antiquarius* redditur in vetuſtis gloſſis. Præcepit Imperator Conſtantius epiſtola a Theodoreto in Eccleſ. hiſtoria relata, ut ad multarum Urbis ſuæ Eccleſiarum uſum, ſacrarum ſcripturarum membranei codices conſcriberentur ὑπο τεχνιτων καλλιγραφων &c. *ab artificibus pulchre ſcribentibus, atque artem perfecte callentibus:* vertit Epiphanius ſcholaſticus in tripartita: *ab artificibus antiquariis, & perfecte artem ſcientibus.* Propterea Auguſtinus in ſermone de verbis

Domi-

Domini: *qui videt litteras in codice optime ſcripto, & non novit legere, laudat Antiquarii manum, admirans apicum pulchritudinem.* Id autem nominis ſequiori ævo librariis majoris formæ litteris codices effingentibus adhæſiſſe puto, quod antiquos imitantes primævam litterarum figuram ſervarent; neque enim prima, aut ſecunda linguæ latinæ ætate hac ſignificatione, ſed pro antiquitatis cultore Antiquarius uſurpabatur; propterea autor dialogi de oratoribus: *criminabimur te Antiquarius;* & in eodem libro: *nec quenquam adeo Antiquarium puto* &c. Vocem eodem ſenſu adhibent Juvenalis, ac Suetonius. Ceterum Antiquarium noſtrum, quamvis græcum nomen præſeferentem, græcum fuiſſe nequaquam ſuſpicamur, cum latinis libris operam daret, & pro *Euthalio* (ab χθιστινος ſiquidem ducitur) Eutalium ſcriberet. "

„In vacuo, quod remanſerat, ſpatio ad Pſ. 121. diverſo prorſus ſcribendi genere, & recentiori atramento verba hæc poſterior manus adpoſuit quaſi ludibunda: In nomine *Ihum Xpi Ariperto Rege fugit vera juſtitia & ſincera...* deinde: *Buillius Abbas de Monaſtirium ſei Thome Apoſtoli cuit vocapolo eſt Pineolo.* S. Thomæ templum, & conventus, quem modo PP. Carmelitæ poſſident, ad pontem eſt ſitus Pignolo usque in hanc diem nuncupatum. Monaſterium ibi fuiſſe, & Monachos cum Abbate ſuo commoratos olim eſſe, noverat nemo. Linguæ Italicæ quam proxime ab ea usque ætate præluderetur, vides, quod enim nunc *Abbate del Monaſterio* dicimus, *Abbas de Monaſterium* vulgariter ſcribebatur; cumque *um* in o po-

pularis pronuntiatio ſæpe converteret, ut item e MS. didici, & hic etiam apparet, (*vocapulo* enim pro *vocabulum* eſt) a vulgari lingua verba parum deflectunt. Sub Rege Ariperto ſcriptum codicem ex hac nota non defuere, qui arguerent; at litterarum forma, ipſaque hujus adjectionis facies, ſatis oſtendunt multo recentiorem fuiſſe; & profecto, niſi liber hic utriusque Ariperti ævum longe antevertat, conjecturis fidendum nullis, atque indiciis quibuscunque tutioribus in poſtremum valedicendum. Neque enim ad ipſum codicem, vel ad ejus amanuenſem ea referuntur verba, ſed ut e loco, & modo prorſus conſtat, ſive Builii Abbatis, ſive otioſi cujuspiam luſus fuit vacuo illo ſpatio abutentis, quod in impreſſis etiam libris occurrere aliquando ſolet. Alios contra audivi, eoquod nigreſcat horum verborum, fere ut in hodiernis ſcripturis, atramentum, recenter addita fuiſſe perperam exiſtimantes: ita nimirum in errorem proni perpetuo ſunt, quicunque non omnia penſitant, & uno tantum argumento ducti in his rebus calculum ponunt. " ....

„ Præter diverſas — partim in textum ab Editore aſſumptas, partim illi ſubjectas — lectiones aliquos ex Hilarii tractatibus in Pſalmos retinet codex noſter multoties, nec paucis dictionibus, vel uno tantum, aut altero verſu ab editis recedentes. Eos ut jacent, diligenter exſcriptos conjunctim — in præfatione — adponimus, & exhibemus; errores tantum quosdam ſuſtulimus, & dictiones: *profeta*, *filoſofus*, *centeſimus* &c. ad communem uſum traduximus."

„ Ipſo

„Ipſo initio aliquid deeſſe, ſpatio relicto librarius innuit: hinc eſt, quod a verſiculo 7. expoſitio incipiat. Sub finem quoque Pſalmum 132. mutilatum dignoſces.“

Reliqua quæ in eruditiſſima Maffeii præfatione lectori eſſe grata & utilia judicavi, partim ubi de *ſcriptis* Hilarii egi, jam præoccupavi, partim ſuis locis, & in juſtos titulos poſthac coacta dabo.

B.

Editiones.

Ex Roberti Fortunati Maclovienſis ad Badii editionem præfatione accipimus, libros de Trinitate, ad Conſtant. contra Conſtantium, contra Auxentium, de ſynodis, primum Georgii Cribellii presbyteri opera in lucem prodiiſſe; tum Commentarios in Pſalmorum explanationem a Joanne Solido Cracovio, adhortante Jacobo Fabro Stapulenſi, e ſitu & ſqualore fuiſſe redemtos; ac tandem anno 1510. Badium Aſcenſium, cum a Guilelmo Parvo regiæ confeſſionis auditore tractatus in Mathæum una cum epiſtola ad Apram e S. Benigni Divionenſis cœnobio erutos accepiſſet, eosdem cum prædictis Hilarii operibus prelo ſuo Pariſiis ſubjeciſſe, ac divulgaſſe.

Optandum fuerat, ut quemadmodum a ſuppoſititiis pura, ita & a mendis caſtigata prodiiſſet hæc editio.

Tredecim poſt annis Eraſmus ad libros potiſſimum de Trinitate caſtigandos animum appulit. Tra-

ſtatus alios ut plurimum aut neglexit prorſus, aut propter veterum codicum penuriam emendare non valuit; laudem tamen ſuo ex labore relaturus, ſi ſe a declamatoria præfatione abſtinuiſſet, quæ & inquiſitioni Romanæ, & Pariſienſi Theologiæ facultati cenſuris digna viſa eſt. Recenſetur inter libros cenſura notatos ab anno 1544 ad annum 1556.

In hac — Gillotii verba ſunt — vaniſſimis contumelioſisque digreſſionibus, quas gratioſis excuſationibus involvit, plurima Hilarii dicta, geſtaque finiſtram in partem ſic interpretatur, ut videatur ex liberiori quadam carpendi S. Virum licentia gloriam ſibi facere voluiſſe. Modo enim Arianos excuſat, quo Hilarium acrius mordeat: modo quæ virtutem in eo ſpirant, vitio tribuit. Ubi ille ſummæ moderationis ſuæ fidem hinc facere conatur, quod per totum exilii tempus nihil contra Arianas partes famoſum aut ſcripſerit, aut dixerit, eam etiam fingit Eraſmus tam diuturni ſilentii cauſam, *quod in tanto mundi diſſidio nonnihil ambigeret illius animus, quæ vera fides eſſet.* Quaſi vero de fide vel minimum dubitaſſe credendus ſit, qui ſe pro ipſa tuenda commori poſſe, nec ab ea poſſe ulla ratione divelli & dixit, & vere ſe dixiſſe tam longo, tamque diuturno exilio ac multis aliis præclare geſtis evidentiſſime comprobavit. Quid illud, quod cum ſola Chriſti cauſa, ut ſilentium rumperet, permotum ſe teſtatur Hilarius, Eraſmus vult hoc factum eſſe exilii impatientia?

His, aliisque indicavit, nunquam ſibi ſatis notum fuiſſe fortiſſimi confeſſoris animum, ſeque illius opera,

in

in quibus intrepidam fidei ſuæ conſtantiam ubique graphice conſignavit, feſtinanti animo attigiſſe. Hinc non ſatis accuratus lectionum delectus, ſæpe etiam neglectus. Hinc præpropera illius de Doctoris noſtri ſcriptis, doctrina, geſtis, moribus, & plerumque falſa judicia.

Hominis multis occupati lubenter excuſamus lapſus, ultro etiam ſilentio premeremus, niſi natæ inde quædam opiniones Hilario contumelioſæ plurimorum animis altius inſediſſent. Quanquam nemo eum facile excuſatum habeat, quod in dicenda de rebus graviſſimis ſententia tam facilis, tamque præceps fuerit. Quis enim eum non damnet, quod, quidquid Hieronymus contra Hilarium Diaconum Luciferianum ſcribit, ad Hilarium Pictavienſem Epiſcopum referat, licet poſtmodum fateatur, ſe incertum eſſe, an adverſus ipſum Hieronymi dicta intelligenda ſint? Ut enim mittamus, quod non admodum abſtruſa erat hujus rei perceptio, certe ab incerto in Catholicum Eccleſiæ Doctorem ac defenſorem ſiniſtra quædam ſuſpicio nullo pacto injicienda erant.

Hanc Eraſmi editionem anno 1523 Baſileæ typis ſuis adornavit Frobenius, apud quem, adjecto *de Patris & Filii unitate* tractatu anno 1535 recuſa eſt.

Eraſmi tamen laborem plurimum laudavit Ludovicus Miræus, ipſe diligentia vicit. Nam ſcriptis exemplaribus accurate collatis, quidquid in eis a Frobeniana editione diverſum nactus eſt, non minore cura notavit. Plurimos codices miræ antiquitatis ſe contuliſſe teſtatur, unos nominat Victorinos, qui

certe antiquitatis titulo a multis longe ſuperantur. Ex eadem S. Victoris bibliotheca eruit librum *de eſſentia Patris & Filii*, duas ad Auguſtinum epiſtolas, ac Metrum in Geneſin, quæ cum genuinis Hilarii operibus anno 1544 Pariſiis apud Viduam Guillar excudi curavit.

Hæc Miræi editio omnium, — dicunt Maurini editores — quæ ante & poſt prodiere, licet noſtro judicio caſtigatior, ita tamen rara eſt, ut luſtratis pluribus Pariſinis bibliothecis eam detegere nos poſſe jam deſperaremus, cum in magno Carmelitarum conventu offendimus.

Et ea quidem neglecta, immo nec memorata, Hilarii lucubrationes, quales ab Eraſmo prodierant, tertio Baſileæ apud Frobenium anno 1550 vulgatæ ſunt *vigilantiſſime & ad plura exemplaria per D. Martinum Lypſium collata & recognita.*

Neque neganda eſt in mendis typicis emaculandis Lypſii vigilantia: ſed in conquirendis ac recenſendis MS. curam poſuiſſe videtur longe minorem, quam in excogitandis conjecturis, in quibus non ſemper, immo raro felix fuit.

Nemini hactenus venerat in mentem, ut vitam Hilarii operibus ipſius præmitteret. Primus hoc opus ſuſcepit Joannes Jac. Grinæus, quod anno 1570 Euſebio Epiſcopo Baſileæ in fronte lucubrationum S. Doctoris edendum tradidit. Ad quam jejuna, arida, imperfecta, ac falſa eſt illius narratio! Tempora vix usquam recte aſſignat; plurima omittit Hilarii geſta, falſa aliunde adſciſcit, & in naſcentis novæ

ſectæ

fectæ gratiam aliquot adjungit favellas valde pueriles.

Hæc porro vita ex iis potiſſimum conflata eſt, quæ adverſus Hilarium diaconum baptiſma hæreticorum non recipientem Hieronymus dial. contra Lucifer. ſcripſit. Advertit quidem Grinæus, objectari ſibi poſſe, eum ibi ab Hieronymo Hilarium notari, qui in diaconi munere defunctus ad Epiſcopatum nunquam pervenerit. Sed brevis ei ſuccurrit, expeditaque reſponſio, mendum in Hieronymi libros irrepſiſſe.

Ut primum hujusmodi vitam eique adhærentem Eraſmi præfationem perlegiſſet Gillotius, utrumque opus ut ſanctiſſimo Præſuli contumelioſum ac pietati catholicæ valde noxium a Chriſtianis lectoribus abjiciendum judicavit. Ipſe melioris voti compos commentationem eis ſubſtituit, in qua primum veniunt quæ ad Hilarii hiſtoriam ſpectant ex illius, aliorumque veterum ſcriptis collecta; tum de ipſius ſtilo, & ſcriptis diſſerit; ac poſtremo locos ſuſpectos notat, & quantum poteſt, benigne interpretatur. Opus pro illa ætate exquiſitum, ex laude dignum, quamvis permulta in eo reperire ſit, quæ hiſtoriæ jam limatiori, atque accuratiori aſſuefactos nonnihil offendant.

Commentationi huic Hilarii aliquot elogia, ac vitam per Hieronymum ex lib. de ſcript. eccleſ. per Fortunatum, & Gregorium Turon. nec non Petri Damiani de translatione S. Hilarii ſermonem adjecit: libros autem de eſſentia ac de Unit. Patris & Filii, ſentonibus duntaxat ex quibus conſtant, notatis, ſup-

preſſit.

preſſit. Ac demum in indicandis plerisque ſcripturarum locis ſuam probavit diligentiam: at illibatum prorſus reliquit Hilarii textum, in quem etiam incuria Nivellii, qui hanc editionem An. 1572 typis elegantibus, ſed manu minus accurata adornavit, menda irrepſerunt non pauca.

Tandem ut puriora & limpidiora Rhodani hujus latinæ eloquentiæ fluenta laberentur, An. 1605 animum adjecere typographi Pariſienſes, a quibus quid eo in negotio præſtitum ſit, nunc audiamus. „Primum, inquiunt, ab eo, qui prælegere, preloque adornare libros excudendos ſolet, Hilarii opera curavimus cum optimis quibusque MS. codicibus conferri, quos benigne nobis ac liberaliter locupletiſſimis ſuis bibliothecis viri clariſſimi atque eruditiſſimi ſuppeditarunt, ad libros de Trinit. Nicolaus Faber, ad tractatus in Pſ. Jacobus Bongarſius, ad Commentarios in Math. recenſendos Paulus Petaveus Senator Pariſienſis. Deinde vero cum adſcriptis ad oram marginis variis lectionibus ſuam nobis operam vir quidam doctiſſimus non denegaſſet, ut earum delectu habito, quæ jam receptis præferendæ viderentur, reliquas expungeret; viſum eſt etiam ab altero impetrandum, ut eas, quæ in ſuperioribus editionibus toleratæ fuerant, ſub libri calcem colligeret, ne forte a te B. L. illæ quoque deſiderarentur, ſive quod earum verbis alibi citata teſtimonia quædam poſſent occurrere, ſive quod utrum his novis poſthabendæ fuerint, judicio tuo velles expendi. Adjecimus præterea fragmenta ex opere hiſtorico, quæ anno 1598

apud

apud Ambroſium Drouar Nicolai Fabri opera Pithœus publici juris fecit, & exſcriptos ex iisdem Mſs. libros tractatus in Pſ. 13. 14. 149. 150. "

Poſt tot, tamque variorum hominum in hac editione impenſos labores, non multo tamen puriora prodierunt diſertiſſimi Doctoris ſcripta. Qui enim variis lectionibus ſeligendis operam ſuam commodadavit, ſive judicii fuerit non admodum exquiſiti, ſive, ut ſœpe fit in iis quæ alieno nomine laborantur, hoc perfunctorie obierit, ſœpe numero mutavit, quæ retinenda fuerant, & contra, quæ fuiſſent mutanda, retinuit. Hinc qui in editione anni 1631. variantes lectiones, quæ primum ad calcem conjectæ fuerant, propriis locis aptavit, atque ad marginem adſcripſit, eas revocavit non ſemel, quæ in prioribus editionibus obtinuerant. Sed & Pariſienſes typographi qui, quod artis ſuæ non erat, aliunde mendicarunt, ita neglexerunt quod erat induſtriæ ſuæ, ut eorum editioni præ multitudine mendorum facile anteferendæ videantur Baſileenſes.

Illa Coloniæ Agrippinæ An. 1617, ac rurſum Pariſiis An. 1631 & 1652 recuſa eſt.

Vel ex hac ſimplici expoſitione liquet, nihil unquam in edendis Hilarii ſcriptis præſtitum fuiſſe, quod omnibus numeris ſuis abſolutum eſſet. Badii namque editio mendis ſcatet innumeris. Eraſmus præter libros de Trinit. vix alios ad Mſs. fidem recognovit, & eos quidem non magno adhibito examine correxit. Eo diligentior Miræus nec magnam Mſs. copiam nec in omnes Hilarii tractatus habuit, & plusculum credidit

didit præceſſoris ſui ingenio, & conjecturis. Novas deinde dum ex proprio excogitat Martinus Lypſius, ſingulos Hilarii libros pluribus in locis contaminat, quam caſtigat. Hunc tamen maxime ſecuti ſunt, qui Pariſienſibus typographis operam ſuam contulerunt, poſt quos easdem lucubrationes nemo amplius limandas ſuſcepit.

Hæc ex Maurinis editoribus excerpſi. Hi poſt hoſce ſuos Præceſſores tandem & ipſi Hilario recenſendo manum admoverunt. Hos inter præcipuam operam navavit P. Coutantius. Prodiit autem hæc recenſio Pariſiis An. 1693 apud Franciſcum Muguet Regis, Cleri Gallicani, & Archiepiſcopi Pariſ. typographum forma folii majoris, uno volumine.

Quid hi in Hilario repræſentando præſtiterint in præfatione ipſi narrant. Aliqua nuper jam, quæ huc pertinent, retuli, cum de Hilarianis Mſs. codicibus quædam differui ipſorum Maurinorum ut plurimum verbis, de eorum ſcilicet in conquirendis & conferendisM ſs. codicibus maxima cura.

Quid porro præſtiterint, alio ſuæ præfationis paragrapho declarant ita inſcripto: *Unde obſcurus ſit Hilarii ſermo, & quid in hac editione ſit præſtitum.* Ubi peracta in cauſas obſcuritatis disquiſitione, quam jam alias ego quoque cum Hilarii lectoribus in noviſſima Wirceburgenſi editione communicavi, ita continuant:

„ Quanto difficiliora hactenus judicata ſunt Hilarii ſcripta, tanto operoſius enitendum duximus, ut ea difficultas ſublevaretur. Hujus rei gratia ſingulas ſingulis operibus præmiſimus admonitiones aut præfatio-

es, in quibus quidquid ad operis occaſionem, pus, ſcopum, veritatem, & alia id genus ſpectat, noſtra virili parte explicuimus. His interdum ıexa eſt totius operis ſynopſis, quod præſertim ibros de Trinit. viſum eſt quodammodo neceſſa-ı. Tum ut lector in aſſequendis Hilarii ſenſis mi- laboraret, præcipua ipſius argumenta, quantum oram libri licuit, brevibus ſummariis comprehen- : curavimus. Ut autem haberet, ubi periodorum ;itudine fatigatus requieſceret, tractatus ſinguli ios in numeros ſunt diſtincti. Ea quaque ratione tionum commoditati conſultum eſt, ne paucos ſus recognoſcere volentibus toti libri eſſent per- vendi. "

„ Sed in redintegrando textu, ex cujus deprava- ıe obſcuritas ut plurimum creabatur, noſtra po- num cura, ac ſtudium fuit. Et ſi autem quam ima, nihil tamen niſi prævia diligenti, ac moroſa ſideratione immutatum. Qua in re maxime ſpe- vimus ſcriptorum codicum in unam lectionem con- antium antiquitatem, ſinceritatem, multitudinem ræſertim alias in mendoſis locis diſſiderent. Nam ciliare ſolet veritas, quos falſitas diffidentes facit. ıt autem Mſs. antiquitatem ex ſcriptura & chara- e perſpeximus, ita ex conſtantia quadam in reti- dis iis loquendi modis, qui in aliis exemplaribus ſingularitatem ſæpe mutati ſunt, eorum probavi- ı ſinceritatem. Ad horum veritatem ita ſcrupu- : expreſſimus omnia, ut ex iis etiam verborum inem revocaverimus. Siquid vero caſtigatum

quod

quod non oportebat, nihil tamen ereptum lectori, qui ad oram libri, quidquid in prioribus editionibus, quidquid in Mſs. occurrit, quod alicujus momenti ſit, pro libitu ſeligendum inveniet. "

„ Importunæ quidem ſunt, & ab auctore intentionem lectoris nonnihil abducunt notulæ frequentes. Sed plerique reſcire cupiunt, quo jure, quave auctoritate mutatum ſit, quod prius obtinebat: & nullus eſt, cui ſi placeant ſola auctoris verba, notas ſeorſim ab iis, poſitas non ſit liberum præterire. Ita etiam ubi quædam notata ſunt, quæ minoris momenti videbuntur, hoc paucis præſtitum eſt, & in eorum gratiam, qui in Doctore Eccleſiæ antiquo ac difficili, & de re in qua ex verbis inordinate prolatis ſæpe incurritur hæreſis tractanti, nihil negligendum ducunt. In aliis majoris momenti locis mutationes factas non ſola Mſs. auctoritate, ſed & quam paucioribus verbis licuit, ratione eſt demonſtratum: Quod faciendum præſertim cenſuimus, quoties qui Hilarium antea recognoverunt, a vero illius ſenſu aberrantes, falſas ſubſtituerunt lectiones, quæ quandam veritatis ſpeciem præ ſe ferrent. Iisdem notis illuſtrantur & explicantur locutiones inuſitatæ, implexæ phraſes, ſententiæ ſingulares. Hilarii enim ſcripta non tantum a mendis pura & integra, ſed & lectu faciliora exhibere fuit animus; & locorum nonnullorum ſenſum non ſine labore aſſecuti, noſtri officii exiſtimavimus eſſe, ut aliis hic labor levaretur. "

„ Eandem ob cauſam ex eruditorum operibus elligere non gravati ſumus, ſiquid ad geſtorum quæ Hilarius

rius attingit, notitiam faciliorem conduceret. Deique quæ in eo pugnantia, quæ ſuſpecta videbantur, componere, & ab omni errore vindicare ſtuimus, non vanis aut aliunde accerſitis rationibus, ſed ex ipſiusmet verbis. Illos enim locos aut ex adjunctis expendentes, aut comparantes cum clarioribus, deprehendimus, quam jure Hilarius, de locutione non ita, ut de fide ſua ſecurus, monuerit, atque enixe rogaverit, ne de ipſo ante abſolutum ſermonem judicaretur. Quosdam ex illis celebriores atque difficiliores ab ipſo exordio tractare juverit, quo, cum commodius quam in oram conferre liceat, quidquid in unam, eandemque rem diverſis locis dixerit, ex mutua plurium locorum collatione vera illius ſententia manifeſtius apparebit. Et certe vidum eſt expedire, ut tanti viri ſcripta non prius offerrentur, quam præcipuæ ſuſpicionum nebulæ prorſus fuiſſent diſſipatæ." Hactenus Maurini de ſua Hilarianorum operum editione.

Adjicio etiam ſyllabum Manuſcriptorum, nec non editorum codicum, ad quos exacta ſunt & emendata a Maurinis SS. Hilarii opera, quem ipſi etiam ad calcem ſuæ editionis rejecerunt. Addetur hac ratione aliquid ei qui mox præceſſit, articulo de Mſs. Codicibus, ut proprius ad ſuam integritatem & perfectionem accedat.

Tractatus ſuper Pſalmos collati ſunt cum Mſs.

Vaticanis tribus,

Uno Chriſtinæ Suecorum Reginæ, alias Monaſterii S. Maximi Miciacenſis juxta Aurelianos, omnes

quotquot habemus tractatus complectente, annorum circiter 800.

Regio uno optimæ notæ, plerosque tractatus exhibente ſcilicet a 51 Pſalmo — 69. & a 119 — 138. qui ante annos 800 exaratus fuit.

Turonenſi uno, ſcilicet majoris Monaſterii, a docta manu ab annis circiter 700 deſcripto.

Regio altero, in quo non extant niſi tractatus Pſ. 118. 142. annorum plus minus 600.

Albinenſi ſive Abbatiæ S. Albini Andegavenſis eadem continente, & ætatis nonnihil recenſioris.

Telleriano, qui olim S. Martini Tornacenſis, poſt in Bibliothecam Archiepiſcopi Remenſis migravit. In hoc ſola extat præfatio ab annis circiter 500 ſcripta.

Commentarius in Matthæum caſtigatus eſt ad Mſs.

Vindocinenſem annorum 600.

Carnutenſem, nimirum e Monaſterio S. Petri in valle, ætatis non inferioris.

Michaelinum annorum non minus 500.

Colbertinum ætatis paulo recentioris.

Beccenſem.

Unum e Monaſterio B. Mariæ de ſylva majori.

Miciacenſem, e Bibliotheca Reginæ Suecorum ſubminiſtratum.

Vaticanum.

Libri de Trinitate recogniti ſunt ad Mſs.

Vaticanæ Baſilicæ, qui nimirum in Archivio Baſilicæ S. Petri de Urbe aſſervatur, ſeculo VI. ineunte exaratus. Hujus exemplaris variæ lectiones primum Latini Latinii, tum Petri Ciaconii, ac demum Joannis

nis Baptiſtæ Bandini recenſione annotatæ ad Maurinos miſſæ fuerunt.

Colbertinum alias Abbatiæ S. Dionyſii in Franciâ, omnium maxime ſincerum, ideoque ſuperiori æquandum, aut etiam anteponendum, annos circiter 1000 præ ſe ferentem.

Martinianum, ſcilicet inſignis Eccleſiæ S. Martini Turon. ſuperiori ſupparem, ne dicam antiquiorem. Hic Codex VI. tantum poſteriores libros, eosque non ſemper integros complectitur.

Carnutenſis Eccleſiæ, antiquitatis non longe remotioris.

Corbeienſem, nunc Germanenſem, eum, ut videtur, quem Hincmarus a Felice Urgelitano, corrupto Aquisgranenſis Bibliothecæ præfecto, adulteratum conqueſtus eſt, annorum fere 900.

Colbertinum alterum, alias Monaſterii Floriacenſis, quem usque ad librum 8. ex laudato Carnutenſis Eccleſiæ Codice deſcriptum obſervarunt Maurini, relictis lectionibus primæ manus, quoties occurrebant ſecundis notis annotatæ, annorum non minus 700.

Remigianum ejusdem ætatis.

Germanenſem annorum circiter 700.

Colbertinum alium annorum 600.

Faur. poſt Epiſcopi Remenſis, non longe inferioris ævi.

Vindocinenſem annorum 500 & amplius.

Pratellenſem ætatis non remotioris.

Victorinum annorum amplius 400.

Colbertinum ejusdem ævi ex quo, aut ſimili primum vulgati ſunt hi libri.

Remig. alterum, circa idem tempus ſcriptum.

Theoderic.

Monaſterii ſylvæ majoris.

Elnonenſem, vulgo S. Amandi, poſt Archiepiſcopi Remenſis.

Ciſtercienſem.

Vaticanos tres.

Sorbon. unum ut & ſuperiores annorum plus minus 400.

Sorbon. alterum annorum 300.

Liber de ſynodis caſtigatus eſt ope Mſs.

Vaticanæ Baſilicæ.

Carnutenſis.

Corbeienſis.

Germanenſis.

Pratellenſis.

Sylvæ majoris.

Faur.

Faur.

Elnonenſis.

Sorbonici.

Remigiani.

Theodericenſis.

De quibus jam ſupra *ad Lib. de Trinit.*

Duorum Colbertinorum ibidem priore loco recenſitorum, nec non tertii minus antiqui.

Carnutenſis alterius recentioris ævi.

Michaelini annorum amplius 400.

Unius e Bibliotheca Reginæ Chriſtinæ.

Epiſtola ad Abram cum hymo recenſita eſt ad Mſs.

Colbertinos tres.

Germanenſem unum.

Boherianum.

Vaticanum.

Ottobonianum.

Libelli duo ad Conſtantium collati ſunt cum Mſs.

Vaticanæ Baſilicæ.

Theodoriciano.

Remigiano.

Michaelino.

Sorbonico.

Carnutenſi.

Sylvæ majoris.

Elnonenſi.

Liber in Conſtantium exactus eſt ad octo prædictos Codices, nec non ad unum Colbertinum probæ notæ annorum circiter 600, & ad alterum inſignis Eccleſiæ S. Martini Turon. annorum plus minus 800.

Liber adverſus Auxentium recognitus eſt & collatus cum iisdem Mſs. cum quibus collati ſunt libelli ad Conſtantium, & præterea cum Codice Carnut. Eccleſiæ annorum circiter 900, & Colbertino ann. 700.

Fragmenta collata ſunt cum apographo quo usus eſt Nicolaus Faber in Colbertina bibl. ſervato, nec non cum Pithœano exemplari, quod Maurinis V. C. Franciſcus Desmarés commodavit.

Carmen in Geneſin emendatum eſt ad Cod. Laudunenſis Eccl. Victorinum, & Colbertinum.

Editiones adhibuerunt Maurini.

Badii Aſcenſii vulgatam Pariſ. 1510.
Eraſmi apud Froben. Baſil. 1523.
Martini Lipſii ibidem excuſam 1550.
Pariſienſem ann. 1605. 1652.

Excepit eam nova alia editio, quam celebris Marchio Scipio Maffeius Veronæ anno 1730. voluminibus duobus formæ folii majoris vulgavit. Qua occaſione quaque œconomia illa prodierit, idem Editor in præfatione illi præmiſſa nos ita docet.

„Cum

„Cum deprehenſum nuper ſit, S. Hilarii Pictavienſis opera in quam multis bibliothecis deſiderari, venalia vero in Italia univerſa vix reperiri, præſtantiſſimus, Canonicorum Veronenſium cœtus, atque adeo ejus Archi-Presbyter Joannes Franciſcus Muſellius, ſtudiorum fautor acerrimus, piarumque ac eximiarum rerum perpetuus auctor, vetuſtiſſimis etiam capitularibus codicibus novam editionem aut augeri, aut magnopere illuſtrari poſſe ſperantes, ut præclariſſimi Patris ſcripta in hac civitate (Verona) typis denuo traderentur, conſtituere.“

„Cum vero eam mihi curam demandare placuiſſet, viderem, nequid editio hæc detrimenti caperet, quin, ſi anteriores omnes novo accedente ſtudio, atque iteratis curis ſupergredi nobis liceret, ut id nequaquam prætermitteretur, ad poſtremam præcipue, quæ a Benedictinis Maurinæ Congregationis elaborata eſt, ne dum inſpiciendam, ſed quantum ingenii mei tenuitas ferebat, excutiendam etiam, ac penſitandam me contuli.“

„Veruntamen illam tam docte, tam diligenter, tam ſtudioſe confectam, numerisque omnibus abſolutam percipere mihi viſus ſum, ut ab ea recedendum minime exiſtimarim, & piaculi loco duxerim,

intermiſcere quidquam, laudatæque eorum editorum induſtriæ quomodocumque manus inferre. Auctor propterea fui, ut Pariſina plane editio recuderetur, ſimul tamen, quod unice nobis ſupereſt, quidquid ad eam ornandam ex Mſs. codicibus noſtris erui poſſet, excerperetur diligentiſſime, atque in publicum bonum emitteretur. Neque enim aſſentiri profecto poſſum, ut in hac urbe quoque mos arriperetur eorum typographorum, qui lucrum papyraceis mercibus aucupaturi de atramento, ac de chartarum plauſtris unice ſunt ſolliciti, remque librariam a litteratis hominibus pendere ignorantes, editiones alibi factas nullo ſtudio recudunt, conſilio nullo. Ii ſcilicet ne de præfatiuncula addenda cogitant quidem, nedum illuſtrari novis curis atque augeri veterum ſcriptorum opera ſatagunt, quin cum duo, aut tria, titulum exhibentes, de ſuo proferre verba cogantur, illa ipſimet adjungunt, atque ſolæciſmo aliquo, ſi Deo placet, vel lepida quadam ridiculave formula libri frontem inſigniunt quandoque ac diſtinguunt. Deplorandum hoc, & fatale propemodum Italico nomini malum haud ita profecto gliſceret, modo qui libros delectu nullo, & audito tantum Auctorum nomine ſtatim redimunt, ſibi caverent aliquantisper, nec quod inconſulto & imperite in hoc genere per-

peragitur, eadem comitate exciperent, ac quod ſtudioſe, atque utiliter elaboratur.“

„Jam vero, ut quidquid ad detegendum, atque amplificandum Hilarium conferre, utrique codices (Veronenſes nuper deſcripti) poſſent, ob oculos haberetur, Joſephus Blanchinius, Veronenſis Eccleſiæ Canonicus, ac Bibliothecarius percelebris patrui condignus hæres, cum Benedictina editione ſolidos contulit, & variantes lectiones omnes ſumma diligentia ac fide adnotavit diſtincte, atque ordinatim congeſſit. Multum etiam operæ in iis erudite poſuerunt ſacerdos eximius Dominicus Vallarſius, nec non F. Alexander Bonifacius ex oratorii congregatione, quæ magno & pietatis & litterarum bono paucis ab hinc annis in hac civitate coaluit.“

„Varietates autem noſtras ut a ceteris, quæ ſupponuntur textui, facilius ſecernantur, numericis deſignamus notis. Neque tamen univerſas omnino exhibuimus: quid enim utilitatis, ubi patens error in codicem irrepſerit, vel ubi res nihili moneantur? Adſcribentur quidem aliquando, etiamſi a præcedente editore recenſitæ item fuerint, ut conſtet, quibusnam e diverſis lectionibus tam inſignium membranarum calculus accedat.“

„In

„In textum ea tantum recepimus, quæ illum omnino reſarcire, vel tuto reſtituere pateat, quod locis pluribus præcipue tractatuum in Pſ. præſtare contigit, prioribus tamen lectionibus perpetuo adpoſitis, ut integrum unicuique liberumque judicium ſit. Idem prorſus, cum Caſſiodori complexiones primo emitterem, præſtiti.“

„Exiles autem ac minutas quandoque animadverſiones culpandas in his rebus non eſſe, vel contemnendas, Hilarius ipſe, quem doctiſſimum Patrem Caſſiodorus nuncupat, docet, Arianam enim impietatem increpat, quæ *ſe ad fraudem ſyllabæ adjectione, quæ in libris non extat, inſtruxit.* Ego quidem tum ex omnium congerie, quæ mihi exhibenda viderentur, varietates excerpſeram, tum adnotatiunculas quasdam, paucis tamen locis adjeceram. Verumtamen cum acciderit, me, antequam prælo ſingula traderentur, peregre exire, & impreſſionis tempore abeſſe, autographas, quas dederam, ſchedas, qui operis & emendationi præerant, ob implexam ſcripturam, nequaquam aſſequentes, quædam omittere coacti ſunt, quædam aliquanto immutare. Id vero etſiamſi parum referat, ſunt, qui me adigant, ut ex prætermiſſis, aut interpolatis hic ſequentes exhibeam.“

Sequun-

Sequuntur jam Editoris notamina in præfatione, quas ego in mea ſuis locis, in quantum dignæ videbuntur, cum omni alio in Hilarium qualicunque apparatu exhibebo.

Veronenſem editionem repetiit Venetiis anno 1749 Jacobus Capellati typographus. Sed ita negligenter tractatam, mendis plurimis ita vitiatam, ut ſolum vile lucrum mercatorem ſpectaſſe omnino in aperto ſit, nec fere uſui eſſe eruditis hæc repetita editio poſſit. Eadem negligentia & eodem ſuo in rem publicam litterariam peccato, aliorum etiam Patrum opera nobis Veneti typographi dedere, ut vix alios ſpectare mihi Maffeius videatur, cum in limine ſuæ in Hilarii Veronenſem recenſionem præfationis dicat: *Neque aſſentiri profecto poſſem, ut in hac urbe quoque mos arriperetur eorum typographorum, qui lucrum papyraceis mercibus aucupaturi, de atramento, ac de chartarum plauſtris unice ſunt ſolliciti, remque litterariam e litteratis homminibus pendere ignorantes, editiones alibi factas nullo ſtudio recudunt, conſilio nullo.*

Wirceburgenſis Editio Hilarii qualis & unde ſit jam in ſuperioribus eſt indicatum.

Duo tantum reſtant, quæ lectorem moneam. Primum, quo meum illi in Hilario perficiendo ſtudium commendem: Plures amicos litteris miſſis adii,

ut

ut vicinas ſibi bibliothecas luſtrarent, rogans, ſi quem forte invenirent Hilarianum codicem bonæ notæ, unde novi forſan adhuc aliquid meo Hilario poſſem adjicere, & patriſticæ rei ſtudioſis novum beneficium conferre. Sed fruſtra ego rogavi, fruſtra illi inquiſierunt.

Alterum: Reſecui a meo Hilario centonem illum inſcriptum: DE ESSENTIA PATRIS ET FILII CONTRA HAERETICOS LIBER UNUS: quem in operum Hilarii dubiorum & ſuppoſitorum rejeceram, atque cum aliis ejusdem generis me editurum ſpem feceram. Mutati conſilii eædem rationes ſunt, quas ibidem jam tanquam operis quendam characterem protuleram: qui quidem talis eſt, ut operam chartamque perdere mihi viſus fuerim, ſi illum repeterem, præſertim quod ne multa quidem, nec inſignia ex aliis Hilarii libris loca referret. Vale Lector.

OPE-

OPERA
S. HILARII
PICTAVIENSIS
DUBIA, ET SUPPOSITITIA QUAEDAM.

I.
HYMNUS MATUTINUS
ABRAHAE FILIAE SUAE MISSUS.

Lucis largitor ſplendide
Cujus ſereno lumine
Poſt lapſa noctis tempora
Dies refuſus panditur.

Tu verus mundi Lucifer
Non is qui parvi ſideris,
Venturæ lucis nuntius,
Anguſto fulget lumine:

Sed toto ſole clarior,
Lux ipſe totus & dies,
Interna noſtri pectoris
Illuminans præcordia.

Adeſto rerum conditor,
Paternæ lucis gloria,
Cujus admota gratia,
Noſtra pateſcunt corpora;

Tuoque plena ſpiritu,
Secum Deum geſtantia:
Ne rapientis perfidi
Diris pateſcant fraudibus.

Ut inter actus ſeculi
Vitæ quos uſus exigit,
Omni carentes crimine,
Tuis vivamus legibus.

Probroſas mentis caſtitas
Carnis vincat libidines,
Sanctumque puri corporis,
Delubrum ſervet ſpiritus.

Hæc ſpes precantis animæ,
Hæc ſunt votiva munera,
Ut matutina nobis ſit
Lux in noctis cuſtodiam.

Gloria tibi Domine,
Gloria unigenito,
Cum ſpiritu paraclito,
Nunc & per omne ſeculum.
Amen.

II.

HYMNUS SEROTINUS.

Ad cœli clara non ſum dignus ſidera
Levare meos infelices oculos
Gravi depreſſos peccatorum pondere
Subveni Chriſte.

Bonum neglexi facere quod debui,
Probroſa geſſi ſine fine crimina,
Scelus patravi nullo clauſum termino,
Parce redemtis.

Hymnum

Hymnum fideli modulando gutture,
Arium ſperno, latrantem ſabellium:
Aſſenſi nunquam grunnienti Simoni
Aure ſuſurra.
Zeloque Chriſti ſum zelatus nomine
Sancta nam mater lacte me catholico
Tempus per omne Eccleſia nutrivit
Ubere ſacro.

III.

EPISTOLA AD ABRAM FILIAM SUAM.

Dilectiſſimæ filiæ Abræ Hilarius in Domino ſalutem.

1.

Accepi litteras tuas, in quibus intelligo deſiderantem te mei eſſe: & certum ita habeo. Sentio enim, quantum præſentia horum qui amantur, optabilis ſit. Et quia gravem tibi eſſe abſentiam meam ſciirem, ne me forte impium eſſe erga te exiſtimares, qui tam diu a te abeſſem, excuſare tibi & profectionem meam & moras volui, ut intelligeres, me non impie tibi, ſed utiliter deeſſe. Namque cum te, filia, ut unicam, ita, quantum a me eſt, & unanimem habeam, vellem te pulcherrimam omnium & ſaniſſimam vivere.

2. Nuntiatum ergo mihi eſt, eſſe quendam juvenem, habentem margaritam & veſtem inæſtimabilis pretii, quam ſi quis ab eo poſſet mereri, ſuper humanas divitias & ſalutem & dives, & ſalvus fieret. Ad hunc his auditis profectus ſum: ad quem cum per multas & longas & difficiles vias veniſſem, videns eum, ſtatim procidi. Adeſt enim tam pulcher juve-

nis, ut ante conſpectum eius nemo audeat conſiſter Qui, ubi me procidiſſe vidit, interrogari me juſſi quid vellem, & quid rogarem: & ego reſpondi, a diſſe me de veſte ſua & margarita, & ob id veniſſe & ſi eam mihi dignaretur præſtare, eſſe mihi filian quam vehementer diligerem, cui hanc veſtem atqu margaritam quærerem. Et inter hæc proſtratus in fa ciem fleo plurimum, & noctibus ac diebus ingemiſcen rogo, uti audire dignaretur precem meam.

3. Poſt quæ, quia bonus eſt juvenis, & meliu illo nihil eſt, ait mihi: Noſti hanc veſtem atque han margaritam, quam a me lacrymis rogas, uti eam fili tuæ concedam? Et ego reſpondi illi: Domine audiu cognovi de ipſis, & fide credidi, & ſcio quia optima ſunt, & ſalus vera eſt hac veſte uti, & hac marga rita ornari. Et ſtatim miniſtris ſuis præcepit, ut mih & veſtem hanc, & margaritam oſtenderent, & con feſtim ita fit. Ac veſtem primo vidi: vidi filia, vid quod eloqui non poſſum. Nunquid non ſericum ſe cundum ſubtilitatem ejus, ſpartum erat? Nunqui candori ejus nives comparatæ non nigreſcebant Nunquid aurum juxta fulgorem ejus non lividatur Ipſa enim multicolor, & nihil prorſus comparatum ei poterat æquari. Poſtquam vidi margaritam: qu viſa ſtatim concidi. Non enim potuerunt oculi me ſuſtinere tantum ejus colorem. Nam nec cœli, ne lucis, nec maris, nec terræ ſpecies pulchritudini eju poterat comparari.

4. Et cum proſtratus jacerem, ait mihi quidam de aſſiſtentibus. Video te ſollicitum & bonum Pa trem eſſe, & hanc veſtem atque hanc margaritam a filiam tuam deſiderare: ſed ut magis deſideres, oſten dó tibi, quid adhuc hæc veſtis atque margarita bon habeat. Veſtis hæc nunquam tineis comeditur, no uſu atteritur, non ſorde inficitur, non vi ſcinditur non damno amittitur, ſed ſemper talis, qualis eſt

per-

permanet. Margaritæ vero hæc virtus eſt, ut ſiquis eam induerit, non ægrotet, non ſeneſcat, non moriatur. Nihil omnino in ſe habet, quod ſit noxium corpori: ſed utenti ea nihil accidit, quod aut mortem afferat, aut ætatem demutet, aut impediat ſanitatem. Quod ubi audivi filia, exanimari magis deſiderio margaritæ, & veſtis iſtius cepi: & ſicut proſtratus jacebam, indeficienti fletu & intenta oratione juvenem precari cepi dicens: Domine ſancte miſerere ſollicitudini, & vitæ meæ. Si enim hanc veſtem mihi & margaritam non concedis, miſer futurus ſum, filiamque meam viventem perditurus: ego propter hanc veſtem & margaritam peregrinari volo. Scis Domine, quia tibi non mentior.

5. Poſtquam vocem meam audivit, jubet me levare, & ait mihi: Moverunt me preces & lacrymæ tuæ, & bene eſt, quod hoc credidiſti. Et quia dixiſti, te pro hac margarita ipſam vitam tuam velle impendere, non poſſum eam tibi negare: ſed ſcire debes propoſitum & voluntatem meam. Veſtis, quam ego dedero, talis eſt, ut ſiquis voluerit veſte alia & colorata & ſerica, & aurata uti, veſtem meam capere non poſſit. Sed illi dabo eam, quæ contenta ſit non ſerico habitu, ſed nativis coloribus, & inſumtuoſo textu veſtiri: ita ut propter conſuetudinem, purpuram peranguſtam veſtis habeat, non etiam purpura ipſa diffundatur in veſtem. Margarita vero, quam a me petis, naturæ ejus eſt, ut habere eam nemo poſſit, qui margaritam aliam habuerit: quia aliæ margaritæ aut de terra, aut de mari ſunt, mea autem, ut ipſe tu vides, ſpecioſa & pretioſa eſt, incomparabilis, & cœleſtis eſt, nec dignatur ibi eſſe, ubi aliæ ſunt. Non enim rebus meis convenit cum rebus hominis, quia qui veſte mea, & margarita utitur, in æternum ſanus eſt, non febre exardeſcit, non vulneri patet, non annis demutatur, non morte diſ-

ſolvitur, æqualis enim ſemper & æternus eſt. Ego tamen hanc veſtem & hanc margaritam meam petenti tibi dabo, ut eam filiæ tuæ perferas. Sed prius ſcire debes, quid velit filia tua. Si ſe hujus veſtis & margaritæ meæ dignam faciat, ideſt, ſi veſtes ſericas & auratas, & infectas habere noluerit, ſi omnem margaritam alteram oderit, tunc hæc, quæ me rogas, tibi præſtabo.

6. Poſt quam vocem filia lætus exſurgo, & ſecretum hoc habens, hanc ad te epiſtolam feci rogans te per multas lacrymas meas, ut te huic veſti & margaritæ reſerves, neque miſerum ſenem tali damno tuo facias, ſi hanc veſtem, & hanc margaritam non habueris. Teſtor autem tibi filia, Deum cœli & terræ, quia nihil hac veſte atque hac margarita pretioſius eſt, & tui juris eſt, ut hanc habeas. Tu modo, ſi quando tibi veſtis alia afferatur, vel ſerica, vel infecta, vel deaurata, dicito ei qui tibi offert: Ego veſtem alteram exſpecto, propter quam pater meus a me tam diu peregrinatur, quam mihi quærit, quam non poſſum habere, ſi hanc habuero. Sufficit mihi lana ovis meæ, ſufficit mihi color, quam natura attulit, ſufficit mihi textus inſumtuoſus; ceterum veſtem illam deſidero, quæ dicitur non abſumi, non atteri, non ſcindi. At vero, ſi tibi margarita offeratur aut ſuſpendenda collo, aut digito coaptanda, dices ita: Non mihi impedimento ſint iſtæ inutiles & ſordidæ margaritæ, ſed exſpecto illam pretioſiſſimam, pulcherrimam, & utiliſſimam. Credo patri meo, qui & ille ei, qui hanc ſpopondit ſibi, credidit, propter quam mihi ſignificavit ſe etiam mori velle: hanc exſpecto, hanc deſidero, quæ mihi præſtabit ſalutem, & æternitatem.

7. Ergo filia ſubveni ſollicitudini meæ, & hanc epiſtolam meam ſemper lege, & huic veſti & margaritæ te reſerva. Et ipſa tu mihi, nullum interrogans, quibus-

buslibet potes, litteris reſcribe, utrum veſti huic, & margaritæ te reſerves, ut ſciam, quid juveni illi respondeam, & ut, ſi illam deſideras, ſi exſpectas, lætus poſſim ad te reditum cogitare. Cum autem mihi reſcripſeris, tunc tibi & ego; quis ſit hic juvenis, & qualis ſit, & quid velit, & quid promittat, & quid poſſit, indicabo. Interim tibi hymnum matutinum & ſerotinum miſi, ut memor mei ſemper ſis. Tu vero, ſi minus per ætatem hymnum, & epiſtolam intellexeris; interroga matrem tuam, quæ optat, ut te moribus ſuis genuerit Deo. Deus qui te genuit, hic & in æternum cuſtodiat, opto filia deſideratiſſima.

IV.

S. HILARII
EPISTOLA SIVE LIBELLUS
EX CODICE BONONIENSI.

I.

David glorioſus in Pſalmo ſic dicit: *In univerſam terram exivit ſonus eorum, & ad terminos orbis terræ verba eorum.* Ex hoc igitur intelligi datur, ſono ante præparato, ideſt fidei principiis, poſſe ad intima & perfectiora fidei perveniri, ne rudimentis vacillantibus dicatur nobis Domini voce increpantis: *Si in modico fideles non fuiſtis, quod majus eſt quis dabit vobis?* Sed quia video certam eſſe formam, quam egredi non licet, differentiæ inter Judæos, & Græcos, ideſt Gentiles; prius differentiam ediſſeramus: Judæis enim nihil aliud ad veritatem fidei credendum exiſtimo, niſi Jeſum Chriſtum filium Dei: per ipſum ſalvari & genus Iſrael, & Gentes etiam baptizari in nomine ejus? reliqua enim ſciunt per legem & Prophetas. At vero

gentiles, quibus verus, & major est labor, tali admittendi, & docendi sunt ordine. Et primo quidem, ut ab Idolis, & ab omnibus voluptatibus hominum totis præcordiis recedant: ut amputatis & evulsis radicitus malis, bona possint & religiosa pectoribus seminari: hoc est, unum Deum credere; ipsum timere. Deinde scire, quod cuncta ipse fabricaverit: & universa mundi vel quæ facta sunt vel ipso jubente, & volente, & faciente constiterint. Esse corpus Scripturæ: quod autem lex vocetur atque Prophetæ quid hoc indiget: quod quidem per homines scriptum sit, non ab hominibus? Spiritus enim Dei, qui omnia scit, inspirabat homines sanctos, qui loquerentur, aut qui destruerent pravitatem, aut qui ædificarent fidem, aut spem erigerent, aut judicium comminarentur, aut promissa servarent. Deinde credendum illis, Jesum Christum filium Dei, per quem cuncta Deus fecerit, & sine quo nihil est factum, per quem in principio Sermonem, ideſt rationem universitatis accepimus, apud Deum fuisse. Sic enim glorioſus Evangelista Joannes initiat dicens: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factum eſt nihil.* Deinde esse Spiritum Sanctum, qui cuncta, quæ Deus per Sermonem fecerit, animaverit, & confirmaverit. Unum esse baptismum, quo homines regenerantur in Deo. Credendum etiam resurrectionem mortuorum in eadem carne. Judicium futurum Dei, quo secundum facta hominis vel malis pœnæ rependantur, vel bonorum operum destinata præmia tribuantur. Tanta est differentia Judæorum convertentium, & gentium credentium: Quid sit Deus, aut qualis, & quantus: Quis esset, & qualis filius Dei, & quis Spiritus Sanctus: Tres enim unum sunt.

2. Sane illud scire convenit prudentiæ vestræ nos de Deo hæc loqui & posse, & scire, quæ aut ipse de

se

apud homines voluit ſciri, aut ea ad quæ homini, ermiſſu ejus, licuit accedere. Non illum in terris ıærat homo, aut inter figmenta componat, ne cui milem credat: Deum enim vera fides ita ſemper exoſuit: Non natum, non factum, incomprehenſibim, inextimabilem, inviſibilem, & impaſſibilem: Et eo ſolum verum Deum, qui quædam generaverit, ıædam fecerit, diſpoſuerit, ordinaverit, exornaerit. Optimum, juſtum mandare Judicem. Et eo inexcuſatus eſt omnis homo, qui factorem ſuum on agnoverit in tempore agnitionis, habiturus poſt itum Judicem juſtum: qui non ſuo tempore conerti ſe putaverit: ſed ex præterito. Hæc fas eſt de eo credere. Hæc qui crediderit, abſtinet ſe ab mni injuſtitia. Bona & juſta operatus æternam reuiem habebit in vita.

3. Habentem Filium: non ſtatim ut homines proreati ſunt, ita dicere me æſtimes generatum; ſed t decet de Deo credere, & Deum filium habere ex e quidem natum non diviſa ejus ſubſtantia, nec maeſtatis ejus diviſa ſubſtantia; ac per hoc paſſibilis vieatur. Nec de ore Sermonem noſtri ſimilem eſſe rolatum: ut literis & ſyllabis conſtet: nec filius Dei ompoſitus, ac per hoc diſſolubilis teneatur. Nec x nihilo, ſicut reliqua facta ſunt, ne ſimilis & æquais & ceteris, qui facti ſunt, jungeretur: ſed ſicuti pſe ſcit qui generans, & ipſe, qui generatus eſt: ipſo Domino in euangelio dicente: *Nemo novit Patrem niſi Filius: neque Filium quis novit niſi Pater.* Item in ſcripturis legimus: *Myſterium meum mihi: myſterium eum mihi.* Et re vera abſconditum eſſe decet de geeratione illa, in qua nullus interfuit: nec momenum quidem temporis. Ante ſecula enim, & antequam ſuſpicari quis auderet, natus eſt filius Dei ſine emporibus: quod græca lingua *Achronos* dicunt; ſem-

per enim filius, quia ſemper pater: nefas eſt enim Deo aliquid aſſignare poſtmodum, quod ante non habuerit: cum Deus ſemper perfectus ſit. Ut etiam quod propter nos poſtmodum fuerit fabricatum, apud illum jam fuerit & ſi non in ſubſtantia, plena diſpoſitione: Non minus enim erat impotens ſimul omnia facere, ſed ut ordinata & gradatim diſpoſita univerſa pro ſuo gradu & honore obſequerentur; & ne paſſiva & nulla inter ſe antiquiora inhonorifica permanerent. Nam ſi quæ noſtri cauſa a Filio Dei nativitas ſuſcepta eſt, incomprehenſibilis eſt, non nudata mortalibus; quanto magis illa, quæ nulli niſi Deo Patri, & ſibi ſoli eſt cognita? Nam Gabriel Angelus ad Mariam ita loquitur, ſicuti Evangeliſta teſtatur: *Spiritus Domini ſupervenit in te: & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.* Quod obumbratur, abſconditur: nec omnibus notum eſt. Ergo ſi hæc nativitas, quæ noſtri eſt cauſa depoſita, nobis incognita eſt: quanto magis illa quæ a nobis longe remota eſt? Et quid dico a nobis, & non ab omni cœleſti creatura? Sufficit ergo hoc, quod vidimus, quod divinitas noſſe nos voluit. Nec ultra cognitio porrigenda eſt, ne ſacrilegus unusquisque teneatur, quisquis conceſſos terminos fuerit cognitionis egreſſus.

4. Chriſtum igitur accepimus Dei Filium initio Sapientiam veram, Sermonem, ideſt rationem, ſpiritum, viam, lucem, brachium, fortitudinem, virtutem, veritatem, panem, vinum, Vitam, Oſtium, paſtorem, & alia plurima, quæ propter homines ſunt: & omnes in illo vivunt: quæ unusquisque proceſſu temporis Scriptura edocente perdiſcet. Si igitur Dei Filium cognitum confitemur: per ipſum Deum Patrem ſcimus & ſecula viſibilia, & inviſibilia condiſſe: Non enim fas eſt ex eo Deum operatum credere, ex quo mundus genituræ ſuæ idem nativitatis initium ſumpſit, aut ceſſaſſe & deſiiſſe credendum eſt

poſt

poſt mundi fabricam: cum Dominus loquatur & dicat: *Pater meus usque nunc operatur.* Otium illi vel antea, vel poſtmodum requiem illi aſſignat quisquis illum infatigabilem neſcit; & ignorat quod nihil illi ſemper acciderit, ſed ſemper ſit: quod græca lingua ἐνασττιτεν vocat: & in omnibus ſemper ſit ſpiritus perfectus.

5. Eſſe igitur plurima quæ per Filium fecerit: quorum aut ſola nobis nota ſunt nomina, aut nec ipſa ſunt cognita. Quanti enim ſunt throni? quantæ poteſtates? quantæ dominationes? quanti principatus? quanti ſpiritus? quanti Angeli? quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit? Quantam etiam claritatem putamus eſſe in inviſibilibus: nec extimare poſſumus, cum in his quæ nobiscum ſunt, admiranda ſint omnia. Inter omnia enim etiam mundus, quem conſpicimus, per Filium fabricatus eſt. Et quidem lucem, qua cetera fierent perſpicua, eſſe juſſit, & fecit: cui *diem* nomen impoſuit. Tenebris *noctis* addidit nomen. Deinde *firmamentum*, quod inter aquas depulſaret, oſtendit: quod *Cælum* voluit nuncupari; neve terrena viſu cæleſtibus miſcerentur: ſed eſſet quod inter humana & divina diſcerneret. Jam enim ex nihilo materias ipſas, ex quibus omnia fierent elementa, condiderat. Poſt hæc aquas in unum congregari & convenire præcepit: ut *Arida* monſtraretur. Nec quæque ſunt privata nominibus. Nam congregatas aquas vocavit *mare*, ſeparatam aridam *terræ* vocabulum voluit poſſidere. Sed hæc minus inſtructa videbantur. Benignam itaque fœcunditatem his addidit, & decorem. Et miro modo illam primo generare præcipiens, quæ noviſſime fuerat fabricata. Non ordinem turbans, aut ignarus facturæ ſuæ: ſed voluit poſtremum habere primum aliquid, ne in omnibus jaceret extrema, & primis ſecunda conjunxit, ne prima inferiora contemne-

temnerent. Sic Dei filius Deus artifex Patre jubente moderatus eſt, ut ordinem mutando, diſpoſitionem melius ordinaret. Namque terras omnia pabula, lignaque cum ſuis ſeminibus redivivis imperavit educere, cœlumque luminaribus, ideſt Sole, & Luna, & Stellis ornavit, quibus aut diei, aut noctis fines oſtenderet, aut ſignis ruſticos, aut nauticos erudiret. Maria quæque incluſa in terræ limitibus ſua animalia procreare mandavit: anima videlicet ipſas materias animaverat, ut naſcentibus poſtmodum animantibus animas commodarent. Sed quo fœcundiorem faceret terram, poſt pabula, poſt ligna fructifera, poſt univerſa ſemina, quadrupedum genus, ferarum, & ſerpentium viva omnia & animata juſſit ejicere. Nec mora in his omnibus: quippe quum Deus Pater juſſerat, Filius virtus ipſa ſine recraſtinatione imperium capeſſebat: nam cum juſſione & opus aſtabat. Sed quoniam multum intererat ſubfœcundare terrena, & poſt divina, humana deerant; hominem fecit, qui non totus eſſet e cœlo, nec tamen de terra totus iterum naſceretur: quippe corpus ex omni limo terræ formavit, ſpiritum conceſſurus e cœlo: & cum omnia juſſione Patris Sermone obſequente formata ſint, in hominis fictione etiam ipſe Pater fabricator acceſſit, ut ad immortalitatem non præſcriberet terra, ſi immortales manus conſtituerent hominem. Conceſſit etiam, ut homo Dei imaginem portaret in terris, daturus poſtmodum ſimilitudinem, ſi imago ſervaretur illæſa. Ad imaginem non putes eſſe formam hanc hominis exteriorem factam. Abſit. Quis enim credat Deum, ad cujus imaginem factus eſt homo, habere aliquam partem, quæ non audiat, quæ non videat, quæ non omnia operetur? Hominis enim exterior forma non undique videt, non undique audit, non undique potens eſt. Deus autem totus lux, totus oculus, totus auris, totus manus eſt potentiſſima.

Ergo

Ergo mentiuntur Scripturæ? Abſit. Sed eſſe in homine quiddam interius, quod *Homo* quidem & ipſe vocetur, Apoſtolus Paulus nos inſtruit dicens: *Et ſi exterior noſter Homo corrumpitur, ſed interior quotidie renovatur.* Hic eſt ad imaginem Dei factus: quem νοῦν (ideſt mentem) vocamus: qui Deo poſſit ſimilis eſſe tunc, quando impaſſibilis: dum inconcuſſus, dum beatus, & ſanctus, & ſine fine fuerit comprobatus. Liberumque arbitrium, & capacem animum dedit non ſine lege vivendi, ne magnus, & ſolutus a lege, animantibus omnibus æquaretur: addita comminatione poſt legem, ut, ſi ſervaret legem, in æternitatem veniret; ſi non ſervaſſet, mortem ſibi pareret, amitteret & ſalutem. Eſt autem hominis facti nomen *Adam.*

6. Sed quia in omnibus animalibus ad procreationem ſexus uterque proceſſerat: homini quoque proviſum eſt, ut & ipſi propter generationem mulier pararetur: & facta eſt, ſicut Scriptura teſtatur: quæque *Heva* nomen accepit: quam æquæ legis præſcriptio nec a mercede, nec a ſupplicio ſeparabat. Sed poſtquam univerſa Deus per Sermonem ſuum (ideſt Filium) perfecta atque exornata vidiſſet; omnia quæ cum homine erant, ipſius tradidit poteſtati. Cui cum omnia tradita videret Lucifer, homini miſerandus invidit. (Nam eſt & ipſis non peccare liberum, & licitum, ſi juſſa ſervaverint, in beatitudine permanere). Dei legem & juſſa per mulierem transgredi perſuaſit: ut reus homo mandatorum fieret Dei, & in ſententiam caderet. Ejectus eſt igitur in hunc mundum: nam in Paradiſo, dum ſine peccato fuiſſet, habitabat. Sed quia poſt transgreſſionem homines generaverat, univerſum hominum genus ſecum ad mortem usque perduxit. Non defuturus tamen bonus, vel juſtus: quoniam quidem liberum erat & poſtmodum natis non delinquere, & Deus non ceſſabat

bat quotidie commonere. Tunc divina bonitas, & paterna pietas larga multipliciter providebat: Et primo quidem per Juſtos Patriarchas: deinde per Moyſen, & Prophetas. Sed omnes hi in Adam moriebantur. In noviſſimis temporibus, ne in totum Diabolus triumpharet (nam hoc illi nomen eſt, poſtquam homini invidit), & ne homo poſt tempora damnationis impleta contra miſericordiam Dei diu teneretur in pœna; ſalutem, quam ſola miſeratione merebatur, accepit. Deus namque pater omnipotens Filium ſuum Jeſum Chriſtum Deum ac Dominum noſtrum miſit, per quem cuncta condiderat: ne hoc quidem ſine illo fieri paſſus. Nec tamen quisquam idoneus erat, qui hominem patienter tolerare poſſet, aut noſſet, aut poteſtates hujus mundi & harum tenebrarum quisquam poterat ſuperare, aut mortem vincere, inferna reſerare, virtutem, & poteſtatem peccati eradicare penitus, & delere, niſi Filius Dei, qui in factura hominis particeps cum Patre fuerat, qui & ſe poſſet in homine celare, & hominem cum Deo mixtum virtutes perficere, & exhibere: per hunc deletis noſtris chirographis peccatorum ad Deum Patrem pacati, & Dei filii facti poſſemus accedere. Mittitur igitur Dei filius, & hominem latenter intravit: Non quo metueret quemquam, qui erat omnium Dominus; ſed ne Diabolus ad hominem, qui Deo mixtus erat, timeret accedere: & minus proſtratus Diabolus ab homine videretur, ſi ſine acceſſu, & certamine vinceretur. Ex Virgine igitur *Spiritu Domini ſuperveniente, & virtute Altiſſimi obumbrante,* ſecundum hominem Chriſti Nativitas celebrata eſt, & omnes transegit ætates, ut omnes fere diſcerent Deum: hæc omnia eſſe in lege & Prophetis ante prædicta, ut res mira omnibus, incredula non fieret ſubitatione: & præteriti, quibus hoc inſpicere oculis non contigit, ſi ſperarent ſine dubio in adventu

eius,

ejus, qui prædicabatur, a contagio poſſent æternæ mortis evadere. Sic igitur in terris viſus eſt Deus tantus ac talis filius Dei, quantum vel qualem illum humanitas poſſet aſpicere. Nam qui in monte majeſtatis, & bonitatis ſuæ ſpeciem tribuens exhibuit Apoſtolis, cum facies ejus ſplendificaret, ut virtus ſolis proceſſiſſe videretur, veſtem autem ita geſtaret, ut nive candidior videretur; & tamen jam eruditi, jam docti, jam ſancti claritatem non potuerunt Jeſu ſuſtinere diſcipuli, ejus ſcilicet, qui univerſorum hominum vitia ac peccata adhuc curanda ſuſceperat. Quid ſi Deus tantus veniſſet, ut claritatem, & poteſtatem hominibus oſtenderet? Forſitan omnis creatura invalida & caſura ſuccumberet. Sed ſalvare venerat filius Dei. Ita homo parto corpore, Deus in poteſtate docebat ut magiſter, perſuadebat ut frater, efficiebat ut Deus, eligebat ut præſcius, curabat ut medicus, ut humanus compatiebatur. Et jam peractis omnibus & completis, quæ aut lex, aut Prophetæ prædixerant, aut ſalus hominis exigebat; in noviſſimo per mortem hominis immortalis moriebatur, ut ſublata mortalitate, hominibus immortalitatem donaret. Suſpenſus igitur ligno, populo Judaico proclamante, apud quos tanta magnalia perfecerat, ut in eo omnis invidia Diaboli vinceretur, in quo invidus hominem fefellerat, ad mortem voluntate properabat, futurus ſcilicet mortis mors; namque reſeratis inferis, & ſpretis conculcatisque omnibus his, quæ in perniciem hominis & ſalutem apud inferos tunc valebant, omnes Juſtos & ſperantes in ſe illuminavit, & ad ſuperos revocavit: oſtendens Diabolo & poteſtatibus hujus mundi & harum tenebrarum, nequitiam eorum non valuiſſe: ipſos manere in pœnis, liberato, cui invidebant, homine. Triumphans igitur homo cum Deo, jam devicta morte, non mortalis jam ad ſuperos evadebat. Sic igitur Chriſtus Je-

ſus

ſus Dominus noſter patiebatur, ut ſurgeret; ſurgebat, quia jam fuerat paſſus. Hoc ſcilicet docens, quia cum Deo quisquis ſe conjunxerit, mori videri poteſt, non poteſt interire. Parum tamen videbatur ad ſupplicium inimicorum factum, ſi extincto inimico vitam homini dediſſet, & non adderet claritatem. Et ut Diabolo, & Angelis ejus pœna major accederet, non triumpho hominem, qui carnem habebat jam cum morituram, in Cœlum Angelis & poteſtatibus ſanctis monſtraturus invexit, Deo Patri liberatum hominem offerens munus. Mox pro ſe vicarium dimiſit Spiritum Sanctum, quem diſcipulis proximus paſſioni promiſerat, ut hominibus credentibus & auxilio eſſet, & ſanctificationi. Hic ordo eſt credulitatis noſtræ de Chriſto.

7. Sed quia jam mentionem fecimus Spiritus Sancti, dicemus credendum eſſe in Spiritum Sanctum, per quem univerſa, quæ poſtmodum fierent, & inſpiraret, & ſanctificaret, ſuæ ſubſtantiæ ..... Tamen .... *tres unum ſunt. Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus.* Deinde credendum, unum eſſe baptiſmum, quo homines purificati, & Dei filii facti in fide conſignentur; quo univerſa vel nativitatis, vel erroris veteris hominis delicta purgarentur; *in quo non corporis deponuntur ſordes: ſed conſcientiæ puræ interrogatio eſt bona in Deum de reſurrectione Jeſu Chriſti.*

8. Poſt hæc ordo exigit credere reſurrectionem mortuorum in eadem carne. Conſtat enim, nec fas eſt aliud dicere, quod & ſapiens & præſcius ſit Deus, meliusque elegerit ut ſapiens & præſcius, factum hominem æternum eſſe, quam non eſſe. Quod ſi melius putes non eſſe, in compendio habuerat, antequam feciſſet. Quod autem æternus ſit homo, qui ſit ex corpore & anima, Scripturæ plurimis locis docent nos: ſed pauca ad exemplum ponam. Salomon clamat dicens: *Deus condidit hominem ad immortali-*

talitatem. Nec immerito in Geneſi prohibetur poſt peccatum homo ad arborem vitæ accedere, ne viveret in æternum utique ut immortalis perſeveraret. Quis? niſi homo, qui immortalis a Deo factus fuerat, & immortalitatem corpus non capiebat. Sed credo hoc movere lectorem, quod homo a vitæ ligno prohibebatur a Deo, ignorans & in hoc homini eſſe proviſum: jam enim erat in transgreſſione. Ante ergo hanc mortem, quæ a Deo pro remedio hominibus attributa eſt, & qua per ſeparationem corporis & animæ fit finis & evulſio peccati, ſi ad arboremvitæ acceſſiſſet; quia neceſſe fuerat communicatione vitæ fieri æternum, in immortali homine neceſſe erat perpetuum permanere peccatum. Ergo & hoc conſulte, & utiliter homini proviſum eſt, ut amputato interventu temporariæ diſſolutionis vera factura Dei, excluſo malo excitetur in vitam. Ergo ſemper homo. Sed cur morimur in hoc mundo? Superius comprehenſa eſt ratio: non interire hominem, ſed ſeparari: Nec aſſumere materias hominem, ex quibus corpus eſt fabricatum: ſed ad reſurrectionis diem judicium reſervari. Fas enim non eſt, ut aliquid deſit Deo judicanti, cum certum ſit Dei judicium poſt finem hujus ævi deſtinatum. Nam hoc quoque inſinuandum eſt: & expingi neceſſe eſt totum hominem: quoniam omnes aut in virtute invenientur eſſe, aut in crimine. Et hoc competit, ut remunerentur, qui bene geſſerunt ſecundum voluntatem ejus, & mali æternis ſuppliciis deſtinentur. Unde nos appetamus præcepta legitima, & vitemus adverſa, ut obſequentes præmia conſequamur.

9. Nunc ergo de perſona tractemus. In perſona duo ſunt obtinenda: Pauper, & Dives. Et divitibus quidem huius ſeculi præcipiendum eſt, *non altum ſapere: nec ſperare in incerto divitiarum ſuarum, ſed in Deo vivo, qui præſtat nobis abundanter omnia ad fructum*

boni operis: divites esse, sed in bonis factis communicatores esse: thesaurizare sibi bonum in futurum: ut apprehendant, quam bona est vita. Deinde scire debent non ideo acceptas esse, & habendas divitias, ut his solis beatitudinem se habere confidant, ut male utantur illis. Et ne despiciant pauperes, neve ministerium malitiæ, aut instrumentum divitias libidinis computent, aut propter se sibi traditas, aut se nunquam illas amissuros existiment. Postremo sciant, se dispensatores gratiæ Dei constitutos a Deo; ut & in distributione voluntas recta eorum, vel prava noscatur: ut sciant magis sibi accessisse per abundantiam, nisi sapientes fuerint, tentamenta potiora. Discant erogare divitias. Sed ad comparationem immortalitatis distribuant facultates, ut sint similes Deo. Misericordes: non profusi ac perditores rei dominicæ judicentur. Et fidenter quidem hæc agant, & cum hilaritate. Ait enim Paulus Apostolus: *hilarem datorem diligit Deus.* Non existiment finiri posse, quod in usus pauperum contemplatione præceptorum Dei dependitur: Cum & ab ipso acceptæ sint, & necessariæ: & eas utiliter ministrare, & augere consuerit. Unde enim temporalia deesse possunt, cum propter ipsa, si bene erogentur, æterna promissa sint, & parata? Veritas loquitur, qui est Christus, dicens, *Qui dimiserit propter me domum, aut villam, aut parentes, aut reliqua: centuplum accipiet in isto sæculo; in futuro autem vitam æternam.* Et si hoc quidam tempori persecutionis ascribunt, ego tamen sic audio Dominum nostrum monentem, quod propter se quolibet tempore ad quodcumque opus sanctum fuerit præceptum, ejus impletum, non defuturum præmium destinatum. Non simus solliciti. Curam gerit pro nobis Deus. Clamat Propheta dicens: *Et pauperem, & divitem ego feci. Et pro omnibus æqualis cura est mihi.* Curam gerit Deus: & quisquam metuit, ne minuatur patrimonium?

ium? Unde Deo jubente erogatur. Timeamus ma, s, ne, ſi trepidi, & ſteriles, & infideles fuerimus i bonis operibus, egeni atque inopes judicemur. imeamus potius impleri triſtitia, quia & de hujus- odi divitibus in Evangelio in unius licet perſona, l complexum tamen retulit dicens: *Abiit autem, cum diſſet, contriſtatus: quia fuit habens poſſeſſiones multas.* on timeat, *ne difficile ingrediatur regna cœlorum.* Sit mo humilis: ſit largus, ut beatior ex hoc judice- ir: ſi nec in iſto ſeculo, nec in futuro ſentiat ege- atem. Det pauperi, ut Deum fœneretur: Deum omputet debitorem. Sciat præpoſitam eſſe miſeri- ordiam ſacrificiis. Gloriam conſecuturus & requiem, de his divitiis, in quibus alii & corrupti, & perditi idicantur; iſte fructus juſtitiæ ac miſericordiæ acci- iat coronam.

10. Pauper vero ita conſolandus eſt, ut ſciat in aupertate conſideranda magis ſibi bona. Et primo uidem quod a Deo ſit illi utiliter proviſum: præ- cium Deum infirmitatem ejus conſideraſſe, & fir- naſſe, quod divitiarum ſarcinam & ſolicitudinem ferre on poſſet. Deinde ſentiat, quantas tentationes, & uanta pericula tranſierit nomine paupertatis. Sed ffluentia deeſt, quæ frequenter contraria eſt: ad nimi tamen divitias quandocius ſine impedimento in aupertate tranſitur. Certe qualibus malis caruit, onſideret. Caret invidia, æmulatione, inſidiis, olo, ſuperbia, contentione, & his quæ homini in oc ſeculo divitiæ ſolent conflare; fluxu enim re- um, & ubertate copiarum animus ſolvitur, vigor ientis infringitur, virtus corporis enervatur. At in aupertate non laſciva convivia, non turpes pota- iones: omnia ſobria, omnia rigida, omnia humilia: on abjecta, quoniam conſcientia pura, & virtute unt plena. Non eſt abundans extraneis facultati- us: eſt juſtus. Non facile ad divitias animi, ideſt

virtutes huius mundi, dives accedit. Qui dicit enim, *difficilius divitem introire in regnum cœlorum*, utique intelligit pauperem facilius. Ne ſe ob paupertatem alienum eſſe a cura Dei exiſtimet, Propheta teſtatur dicens: *Et pauperem, & divitem ego feci: & pro omnibus æqualis cura eſt mihi. Non eſt enim Deus perſonarum acceptor.* Nec pro illo ſe curam gerere profitetur tantum, qui ſæculi divitiis pollet, ſed pro omnibus, & pro pauperibus curam ſuſtinet: remuneraturus quem invenit aut in divitiis humilem, aut in paupertate patientem. Diſtributio veluti totius corporis humani, & miniſterium quæritur ſingulorum. Conſideret, hominis corpus *eſſe unum quidem corpus, ſed plurima membra. Nunquid omnia ſunt oculus, aut pes, aut reliqua membra?* Sed, ſicuti ait Paulus *doctor gentium in fide & veritate: Quæ inferiora ſunt membra, majorem his tribuimus honorem.* Et quemadmodum virtus ſingulorum membrorum in ſuo ordine atque officio demonſtratur, ita in totius generis humani corpore veluti membra Paupertas & Divitiæ collocantur; ut Pauperis patientia, & Divitis humanitas Dei examine comprobetur. Exultare debet pauper, & Deo gratias agere: quia multis patrimonii nexibus liberatus eſt. In die probationis non gravatur compedibus facultatum; facilius liber ſequitur diſcipulus Dominum nullis nexibus implicatus. Non deſit etiam ab ipſo, in quantum poteſt, miſericordia juſta in egenos, quia ſicut dives liberalitate, ita pauper juſtus efficitur de frugalitate, ſi inferioribus, & non habentibus erogarit. Non vereatur, ne ipſe deficiat, cum in uſu ſanctæ adminiſtrationis habeat promptiſſimam voluntatem: nihil deerit: per Prophetam Spiritus corroborat: *Non occidit Dus juſti animam fame.* Et Dominus in Evangelio: *Quærite primo regnum Dei, & hæc omnia apponentur vobis.* Non cupiat dives in hoc ſeculo fieri, ne mala plurima ſibi acquirat, dicente & monen-

nente glorioſo Paulo: *Habentes igitur victum, & itum: his contenti ſimus. Qui autem volunt divites , incidunt in tentationem, & muſcipulam, & deſide- multa: quæ mergunt homines in perditionem.* Immo era fide, & propter ſalutem credere optavit, cœ- es ſibi divitias cooptet, & comparet, quas unus- sque juſtitiæ, & miſericordiæ, & reliquis bonis bus comparat, & aſſumit. Temporalibus æterna t præponenda, caducis ſtabilia, ſollicitis ſecurio- periculoſis libera, inhonorificis clariora. His nitis & Dives temperetur, & Pauper ſublevetur.

11. Nunc jam de ſexu loquamur. Sexus ille eſt ſculus, & fœmina; ideſt vir, & mulier. Et vir dem poſt ea, quæ ſupra comprehendimus, ad in- utionem vitæ melioris etiam illud debet cum omni- cuſtodire, ut *Uxorem ſuam diligat, ſicut Chriſtus xit Eccleſiam*, ut omnia gerere uno animo concor- rite poſſint: *Deum de omnibus deprecari, levantes us puras ſine ira & diſceptatione*: ſed omnia fiant ad ficationem Deificam. Deinde conjunctionis vin- um pudica, & communi caſtitate gerere; & tunc venire, quando vel generationis eſt contempla- aut orationis non revocat tempus. Orationem em illam computo, quæ omni ſacramentorum mi- erio, & communicatione celebratur. Ceterum deprecatio, & adoratio, exomologeſis, & in- ellatio, & votum, quæ omnia ſua habent tem- a. *Virum igitur decet intecto capite orare:* non co- um: Inceſſum eſſe ſimplicem, non jactatum, aut atum; ut non ſolum verbo credidiſſe, ſed & ce- s ſpeciem vitæ ſuæ præſtet. Viro enim omni com- it ſacerdotare Deo. Et ita debet tam in cate- ſmo, quam etiam in laica vita converſationem m mundiſſimam exhibere, ut & ſi tempor: mu- e atque officio Sacerdotali non fungitur, vitæ ien ſimilitudine ſacerdotio coæquetur. At vero

discat obsequi viro suo, etiam illum dominum vocans: & quidem omnes viros revereatur; suo tamen serviat: *quoniam omnis mulieris caput vir.* Sciat & hæc caste vivere cum viro suo: Quod & ille modis omnibus faciat: ita ut nullam aliam, præter uxorem, noverit. Nosse enim debet tempora conventionis, & abstinere a conjunctione, cum tempus est orationis, vel cum mulier patitur, vel cum post partum intra tempora purgationis se esse cognoverit. Non enim ad impudicitiam matrimonium copulavit Deus, sed ut generationi præberet obsequium. Discat filios educare pie, verecundam esse, non litigiosam, non violentam, non superbam viro, tametsi patrimonio major videatur: sed & incessu pudicam, non fucata forma procedere: aut circumdatam auro, aut veste preciosa: non studere capillorum incrispationibus. Sed ut decet fœminas Christianas promittentes castitatem non tantum verbis, sed per bonam conversationem. Sciat se tacere debere in Ecclesia; loqui enim illis non est congruum. Debere obsequi non tantum majoribus natu, & Sacerdotibus, verum etiam omnibus fratribus. Neque se ulli præponere viro contemplatione sexus: quoniam & cum omnis legitime perfecerit, in virum consummabitur perfectum. Immo appetat virtutem consecuturam gloriam, sexus infirmitate non retardata, sanctitate & virtute animi, & omni continentia & passione devota viris justissimis coæquetur.

12. Jam ætatum sermo habeatur in manibus. Et primo quidem arbitror infantiam differendam in doctrina, quia vel qualitate temporis, vel ætatis, verbum doctoris non potest subsistere Et quibus omnibus ætatis defectu in malitiam, & innocentiam naturalem dari præcepta non possunt, in horum admonitionem parentes sunt constringendi: quamquam accedente ætate Ecclesia non deerit, nec cessabit admonen-

nendo. Pueris autem illud inſinuandum primo, nullo audiendi deſint tempore, quia nec ſemel ſſunt omnia perdoceri. Deinde ut innocentiam plicitati conjungant, ne pueritiam in malitiæ perſe-ratione continuent. Cuſtodiendum, & obſervan-n, ne in ceteris ætatibus corrumpantur. Natu-i bonitati fidei quoque bonum, & deificum munus ungant, ut ſemper boni, ſemper ſancti, innocen-, ſemper Dei opus, & non naturæ, traditione dulitatis perſeverent. Conſiderandum illis, ut ti vel pudici permaneant, frequentius ad Eccleſiam nire debere, quia frequentius ſunt confirmandi; quentius commonendi, quibus adhuc propter æta-n minus ſtabilem pugna diaboli futura ſit gravior. ſervanda illis omnia cum timore, & ante omnia vendum a fornicatione, quæ initium idololatriæ bet: & neceſſe eſt utrumque noverit, qui ſecutus rit alterum. Ergo quomodo credere intelligitur deſiiſſe a gentibus, ſi ea quæ gentiles deſignant, olit? Sane obſequentes ſint non ſolum parenti-, ſed & omnibus ætate majoribus, ſi tamen eorum nita, & oratio nihil legitimi afferet impedimenti. um ſe computent habere Patrem: illius ſperare ent hæreditatem, quæ non in temporalibus con-, ſed in æternis. Quin etiam ſi Deus illis utile prævideriť, etiam temporalia præſtabit; maxime n viderit unumquemque æterna ſectari: Filio ejus, mino noſtro, dicente: *Primum quærite regnum Dei, hæc omnia apponentur vobis.* Unde nulli dubium e, his copiam neceſſariarum rerum in terris non uturam, quibus cœleſtia præparantur. Ergo quia eo hæc ſperanda ſunt, nulli obſequendum: immo nibus obſequendum, quia Deus vult: non quia ipſo temporarie ſperari debeat aliquid præmii: ſed a Dei etiam in his legitima complere contendi-s. Poſtremo gratulandum his, in primo exordio

liberi arbitrii ſi ad Deum acceſſerint, omnem ætatem ſuam bono fidei comparantes: quod non conſummata ætate in errore, ut eſſent poſtmodum quod dolerent; ſed quod adhuc pueri, & innocentes, ad Dei non tantum veniam, quantum gratiam acceſſiſſent conſequendam.

13. Juvenes vero hoc ſunt admonendi modo, ut ſi uxores habent, doceantur caſte vivere cum uxoribus ſuis. Alienam ſciant ſceleratum eſſe contingere. In hoc dabit experimentum & documentum, renunciaſſe ſe vere vitæ præteritæ, ſi poſtquam crediderit, in melius vitæ ſit reformatio. Tunc enim deſinit eſſe gentilis, & eſſe initiat Chriſtianus, ſi univerſa legis caute cuſtodiens, caſtum ſe exhibeat & pudicum. Si vero uxores non habent, conſtringendi ſunt, ut aut habeant, aut omnino ſe contineant, ne putent ſibi eadem licere, quæ agebant antea. Renunciaſſe ſe debent ſcire Diabolo, non verbis, ſed factis. Admoneantur, & ſciant interdicta eſſe fornicationem, & adulterium. Nullam fœminam licere contingere, excepta uxore, & ipſam deifice comparatam. Itaque aut illis ducenda eſt uxor; aut amplectenda continentia. Sane ne territi fidem differant, ſciant malum eſſe propter immunditiam non credere: deterius eſſe impudicos, poſtquam crediderint, inveniri. Conſiderandum Juvenibus, ut in omnibus factis ætatem ſuam ſuperent, animo & virtute fortes, & apud interiorem hominem juvenes; inter ſenes Deo Judice collocentur. Gratulandum etiam quod non omni ætate conſummata, ſed in ipſo ætatum calore, & in ipſa adoleſcentia flagitiorum *auctori* Diabolo, & immundis factis renunciaverint: & renovati exhibeant ſe Deo puros in malitia: In tentationibus juvenes; in conſiliis, & cogitationibus ſenes graves. Et hos omnes monendos eſſe exiſtimo, ut omnibus propter Deum obſequantur:

tur: domum ſuam bene regere diſcant: ſi filios habent, pie tractent, &inſtruant rebus deificis: hæc enim ſigna ſunt fidei noſtræ, ſi non ſolum credideri-mus, verum etiam aliis, quæ crediderimus, tradi-derimus.

14. Milites Chriſti ſciant ſe in pace debere eſſe ſollicitos, & in perſecutione fortiſſimos. Ita nomen militiæ dediſſe, & donativa vel ſtipendia ſic ſperare vitæ æternæ, ut præter quotidiana pacis certamina, quæ circa Diabolum, cui renunciavimus, gerimus, perſecutionis pugnam & prælia cogitemus. Non corporis ſupplicia metuenda; ſed conſideranda merita, vel promiſſa. Captivitas potius, & ſub hoſte ſervitus, & exilium cœleſtis Patriæ, & Dei Judicium, etiam inſultatio inimici, & mors æterna, & æterna tormenta pertimeſcenda ſunt. Conſideremus, nos omnes eſſe mortales, & neceſſe eſſe nos mori. Quam glorioſum, & prædicandum, ſi quod neceſſe eſt pati, expugnatur in gloria. Aptandus omnis ſermo ad deſtructionem Idolatriæ, & martyrii coronam laudandam, ut omnifarie ad expugnandum hoſtem, & ejus jacula repellenda miles Chriſti munitus incedat. Is qui evangelizat, interrogetur quid agat. Si miles eſt, vel officialis, aut Judex, ut moderetur. Ruſticus, ut non murmuret. Urbanus, ut non ſubdolus, & circumſpector ſit, & ne in rebus malis ſuum exerceat ingenium. Negotiator, ut non pejeret. Agricola, ut annonam non captet. Opifex, ut non illudat, aut fallat.

15. Eſt autem fides, ut definit Apoſtolus Paulus, *ſubſtantia rerum, quas ſperamus, & index rerum, quas non videmus.* Credere & fide quis debet, quod Deus ea quæ promiſit, potens eſt & implere, & ſpem ſuam in futurum transferre. Et tunc fide plena poterit ad ea, quæ promiſſa ſunt, facillime pervenire. Hæc nobis inviſibilia ante oculos ponit. Ad hanc ingreſſi, & Diaboli, & poteſtatum hujus mundi, & harum tenebrarum

universa deserimus: Deo cum fiducia proximamus. Credere enim, & sperare necesse est quæ Deus jussit, cum quæ Diabolus inseruerat, abnegamus.

16. Fidem spes sequitur. Itaque de ipsa loquamur. Est igitur spes *expectatio rerum omnium futurarum, quas in fide habemus*: per quam salvamur, Paulo scribente Apostolo: *Spe enim salvati sumus.* Spes autem, quæ videtur, non est spes. Quod autem videt, quis sperat? Si autem quod non videmus, speramus, per patientiam expectamus. Hæc in se habet timorem: non illum dico, cujus oblivisci, & quem foras debet mittere quisquis in fide vivit; sed qui unus de spiritibus, quibus repletur Jesus, sicut Isaias testatur: *Exiet virga de radice Jesse; & flos de radice ejus ascendet, & requiescet super eum spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus scientiæ, & pietatis & replebit illum spiritus timoris Domini:* Illum spiritum, quem David canit dicens: *Timete Dominum Justi ejus.* Unde & beati efficiuntur, eodem protestante, & dicente: *Beatus vir, qui timet Dominum.* Illum timorem dicit, qui castus est, & pudicus. *Quoniam timor Domini castus*, inquit David, *permanet in seculum seculi.* Ergo duplex est etiam timor, & unus appetendus, & alius fugiendus. Est igitur timor appetendus admonitio, & custodia rerum omnium, quas credimus, aut speramus: timeamus enim Judicium, quia speramus; & metuamus Dominum, quia fortem illum Judicem credimus.

17. Sed quoniam castus est timor Dei, & est castitas species continentiæ; de continentia, & ejus virtutibus nunc tractandum est. Est autem continentia *appetendarum omnium rerum malarum refrenatio. Malarum* ideo addidi, ne Judices putent, diffinitionem istam communem esse in rebus bonis, & malis. Nam qui se a bonis retinet, non bene est continens; sed a malis, recte. Sed in omnibus sane præceptis duplex

ex conſideratio, & doctrina eſſe debet. Et hoc tinendum, & obſeruandum in ceteris arbitror, ut, im unam partem tractaveris, contrariam noveris: ita rerum ipſarum inſtitutio exigit, ut, cum alte- m partem tenueris, alteram neceſſe eſt deſeras. alorum ſane ſubſtantiam ab initio nullam eſſe com- rimus; quippe inobedientia .... *juxta bonum malum* . Et quæ ſi nusquam comparentur ſibi: boni tu- la ſervatur.

18. Continentia igitur docenda eſt, & tenenda malis rebus. In bonis aviditas exigenda eſt. Da- d pronunciat, & docet dicens: *Beatus vir, qui met Dominum: in mandatis ejus cupiet nimis.* Item ntinentem debere eſſe in malis, & appetentem bo- rum, in alio præmonet pſalmo, ſic dicens: *Con- ne linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur infi- oſa. Evita a malo, & fac bonum; quære pacem, & nſequeris eam.*

19. Placet etiam de continentibus conferre: ultos enim video juxta conjunctionem conjugalem ntinentes tantummodo, & in reliquis continentiæ rtibus omnibus, gentilibus eſſe deterrinos. Si nim conſideres, quam plurimi illorum & ira- undi ſunt, & ebrioſi, & procaces, & ſuperbi, & x forma veluti continentiæ magis inflati, percuſſo- es, maledici, cupidi, tumidi, multum ſibi placen- es, ut magis judices, illam ipſam, quam ſe profe- nt habere continentiam, fomitem & flammam, & ateriam magis *criminum* ſubminiſtraſſe. Cum utique æc præſecanda ſint, in quibus quotidie reprehendi- ur, & tunc magis in aliis omnibus vitiis virtus con- nentiæ retinenda: & ad conſummationem non con- nctio reſpuenda, ſed pudicitia præponenda eſt. Jam cum Apoſtolus Paulus Eccleſias commoneret, on uniformem mandavit continentiam, ſed in quibus ppetenda, & invenienda ſit, ſic monuit dicens. *Ut*

ſit,

ſit, inquit, *ſancta corpore, & ſpiritu*: definiens non eſſe continentem, qui non utraque parte continentiſſimus comprobatus ſit. Multos vel plurimos ſic flagrare cupiditate ..... ſicuti exitus docet, ut univerſa genera pœnarum perpeti velint, vel quamlibet Eccleſiæ ſententiam ſuſtinere, quam a familiari converſatione diſcedere: neſcientes Deum præſcium dixiſſe de talibus: *Quicunque reſpexerit mulierem ad concupiſcendum eam, jam mœchatus eſt eam in corde ſuo.* Non poſſunt hujusmodi excuſare culpam ſuam, quod non ad concupiſcentiam oculos ſuos porrexerint, quando & ſimul, & ſub uno cubant tecto, aut in uno dormiunt lecto: Unde & reprehenſi, ſpiritualiter hoc agere profitentur, adjicientes extraneis nomina affectuum, vel pietatis. Sane quoniam & Diaboli ſubſtantiam accipimus ſpiritualem, debet addi: ſed *nequitiæ & malitiæ ſpiritualis* a Deo propter ſcandalum Eccleſiæ, & ruinam: cum a ſe nec perſuaſione, nec interdictu majorum natu, nec metu præſentis ſententiæ, vel futuri Judicii inde velli poſſint: cum frequentius etiam quos legitimæ copulavere nuptiæ leve jurgium ſeparet. Quid hoc mali eſt? quid mali individua caritas, ut ab alienæ conſanguinitatis affectu ſeparari non poſſint? Turpe eſt dicere, quod illos non pudet facere. Certe vel ab oſculo immunes non ſunt, quod eſt pignus, & arra ſerpentis. Sane cum increpaveris, mox hæc proferunt verba: poſſe integritatem ſui corporis comprobari; cum ab ipſis prius mentis requiratur integritas, quamquam nec in corpore omnino examinari poſſint. Non enim conſcientiæ latebras hominibus ſcire, aut nudare permiſſum eſt, dicente ſcriptura: *Homo videt in facie. Deus autem in corde. Deus ſolus intima & ſecreta conſpicit.* Sed manifeſta eſt vox Domini monentis: *A fructibus eorum cognoſcetis eos.* Si conſideretis, qualis eorum aſpectus; quam turbata fronte, quam inverecun-

:unda reſpiciunt; quantum audaciæ in vultu, quan- n conſtantiæ gerunt, impudicus in quibusdam cul- :, & affectatus inceſſus profeſſione jactantiæ. Et hoc hujusmodi profeſſionis veluti devotio proce- , ut propter nomen, quod ſolum portant, virgi- atis, appetibiles fiant. Inde eſt, quod ſe indi- ıt, cum ſe celare debuerant, Deo exhibentes tan- nmodo obſequium ſuum, a quo remunerationem dicitia ſperat. Ideo ingreſſæ limina Domus Dei Orationes intecto capite initiantur, interpretantes ıoſtolum (cohibentibus corruptoribus ſuis) de mu- ribus maritatis, non de virginibus ſtatuiſſe: ne- entes quod ubique maſculos cujuslibet ætatis *Viros* minat; omnes fœminas *Mulieris* appellatione de- ıat. Scio me exceſſum feciſſe a propoſito tractatu ıtinentiæ; ſed neceſſarie: ut deinceps omnes ho- ıes cuiuslibet ſexus plena continentia docti ſciant, quibus ſe abſtineant; & quæ debeant cuſtodire: ſi in una ſpecie, quolibet genere continentiæ fue- obſeruator, nec ad alias velit monitus accedere, ı ſe jactet in numero eſſe continentium: ne & ım partem, in qua ſibi plaudebat, obſtinatione eatur amittere. Ergo qui ad continentiam doce- , & vult accedere, non in corpore, aut in una te corporis tantummodo debet continentiam quæ- e, ſed in toto animi motu, continentiæ debet ob- vationes agnoſcere. Nam qui iracundiam retinet, magis eſt continens, quam qui linguam a convitio, naledicto, a detractione, a mendacio, a perjurio, a ceteris linquæ malis affectibus ſubtrahit. Qui ım denique cogitatum a tota nequitia compeſcit, omni denegat iniquitati, is plenus eſt continens, illum non cum hominibus comparo, ſed cum An- lis ſanctis ſimillimum recognoſco.

20. Nunc jam nobis de Patientia, & de ejus nnibus bonis loquendum eſt. Eſt igitur *Patientia*

omnium

omnium injuriarum, & paſſionum tolerantia, & expectationum omnium ſine præcipitatione ſufferentia. Quam ſi quis intellexerit, & habuerit, contraria vitæ gravia bajulat; bona omnia continet. Sororem habet ſpem. Quamquam ſuperius comprehendi, affines eſſe ſibi res bonas omnes. Patitur enim libenter, quia ſperat, & ſperanda tolerat: impatienter enim fertur, quod non ſperatur: & quando nihil ſperatur. Omni autem virtute patientia perfert, quod ſpe pereunte dignoſcitur. At ſi ſpem fructus patientiæ ſubſequatur, hæc matre gaudet fide, gubernaculum habet Dei, continentia genus propinquitatem. Inde juſti, dum omnia patienter operantur, glorioſi Dei teſtes efficiuntur, dum fide pleni, dum Dei timore ſolliciti, dum continentiæ diſcipuli, dum filii ſpei duce ſapientia reperiuntur. Deinde cohæredes Chriſti, dum illum usque ad mortem patientiæ virtutibus imitantur.

21. Sed jam de Juſtitia diſſeramus. Eſt igitur *Juſtitia ſingularum rerum, & perſonarum æquiſſima diſtributio:* quam ſi quis obtinens, & cui quis adhærens, vitam ſuam recte diſpoſitam, & ſine conturbatione conſervat; cuſtodit in omnibus æquitatem; ſcit, quid Deo debeat; quid ſanctis, & coæqualibus reddat; quid non deneget poteſtatibus hujus ſæculi; quid ſibi retineat; quid proximo competat; quid alienis concedat, aut congruat. Juſtum enim eſt Deum colere, & diligere ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota virtute: ſanctos; & coæquales honorare: tributa pendere poteſtatibus: ſuperbum non eſſe, ſed magis mitem, & humilem: proximos tanquam ſe diligere: alienos, & inimicos non perſequi odio, ſed amare: ſubiectum eſſe prioribus, vel ætate majoribus. Quia & Dominus cum eſſet omnium Dominus, a Johanne, quia prior ab illo in nativitate hominum erat, baptizatur, & ſic *impleri omnem juſtitiam*

am proteſtatur. Ex hac miſericordia naſcitur, obuium deificum generatur. In his omnibus quis- s invenitur, non immerito *in Chriſto dicitur per- nere:* quoniam hæc omnia ipſe Chriſtus eſt. Pau- nos glorioſus informat, & inſtruit de Chriſto di- is: *Qui eſt nobis a Deo juſtitia, & ſanctificatio, & emptio.* Alio item loco: *Qui eſt miſericordia, pax, dilectio*, quam Græci ἀγαπην vocant; ad quám ic tranſitum faciamus, quia in omnibus major eſt er ceteras: ſic fatetur beatus Apoſtolus: *Manent em tria hæc, Fides, Spes, Dilectio.*

22. Eſt ergo *Dilectio vinculum animorum, caſta, & era, & ſine æmulatione: Caritas eſt conſummatio nium mandatorum.* Hæc vis omnium præceptorum, am quis cum habuerit, *omnia habet;* ſine hac, malus anet, & imperfectus. Et ut cognoſcat veſtra dentia, quantum caritas valeat, legamus reſpon- Domini in Evangelio dicentis: cum interroga- ur, ſic ait: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde , & ex tota anima tua & ex tota virtute tua; & dili- proximum tibi tamquam te. In his duobus præceptis lex pendet, & Propheta.* Vides in hac ſola uni- ſa legis capita pendere. Vere quisquis hanc ha- , jam Deus, & Dei filius dici poteſt. Ex hac a Deo te ſimilem eſſe conſidera. Qui Deum dili- , numquid ſperat? numquid timet? numquid fi- ? Non: ſed tantum diligit. *Deus*, inquit Paulus, *dilexiſſet mundum, miſit unicum filium ſuum in ſimi- udine carnis peccati: ut de peccato condemnaret peccatum carne.* Inde & Paulus præponit illam omnibus bo- rebus, dicens: *Et ſi locutus fuero linguis hominum, Angelorum, caritatem autem non habeam, nihil ſum: ficut æramentum tinniens, aut cymbalum concrepans. ſi habuero Prophetiam, & cognovero omnia myſteria, omnem ſcientiam; & ſi habuero fidem, ita ut montes ntſeram; & ſi diſtribuero omnia mea in cibos pauperum;*

& ſi tradidero corpus meum ut ardeam, caritatem autem non habuero, nihil ſum. Caritas magnanima eſt. Caritas benigna eſt. Caritas non æmulatur, non inflatur, non agit perperam, non irritatur, non confunditur, non quærit quæ ſua ſunt, non cogitat malum, non gaudet ſuper injuſtitiam: gaudet autem veritate. Omnia ſubſtinet, omnia credit, omnia ſperat. Caritas nunquam excidit, Ergo qui hanc veluti ſpeciem voluerit invenire, totæ illi Scripturæ ſunt referandæ: omnis aperienda lex: omnes Prophetæ inſinuandi: omnes virtutes Chriſti, actus, mandata inſinuanda, Apoſtolorumque doctrina aperienda penitus, & docenda. Et quamvis, omnes quas ſupra tractavimus ſpecies, ad plenum tractatum hominibus incomprehenſibiles ſint; multo magis ea, in qua omnes conſummantur, & pendent: maxime cum Johannes Evangeliſta interdixerit nobis in Epiſtola ſua diſputare, cum illam & Dei filium, & Dei Patrem docet eſſe, ſic dicens: *Deus dilectio eſt.* Si poteſt quis de toto dicere Deo, poteſt & de dilectione, quæ Deus eſt. Ergo ſi ſacrilegium eſt de Deo tantum, quantum non licet, diſputare, tacere religioſum; & alienum .... de dilectione ſentiendum. Tanta enim de ipſa, quanta de Deo; quoniam *Deus dilectio eſt*... Uniusquisque igitur ſe cognoſcat; quia ſi quis habet in ſe dilectionem, habitaculum eſt Dei, quia Deus, *qui dilectio eſt, manet in illo.* Decet jam finem ſpecierum, in dilectionis plenitudine, & omnium rerum bonarum conſummare, maxime cum omnia ſint retractata: aut ſi quid prætermiſſum eſt, in mundi plenitudine videatur eſſe concluſum. Veniam ante omnes a tuo populo ſinceriſſima ſanctitate orans, ut tua ſanctitas, cui peritior via a Deo, & ſanctior comprobata eſt, in omnibus, in quibus mediocritas mea vel prætermiſit, vel inventa plenius explanare non potuit, correcta reformare, & ſupplere dignetur; aut ſi probaveris, ut eſt a nobis opuſculum

ſculum cœptum te petente, & Deo adjuvante perfectum, non habere quod deſit, in orationibus tam tuis ſanctis, quam omnium fratrum memoriam mei habeas: Et ſciant æmuli fidei meæ, præſtitam rationem, & convenire cum Eccleſiam recognoſcant, & magis myſterium ſumant, ut non ſolum gratulemur nos credidiſſe, verum etiam aliquantulum inimicis, & credentibus profuiſſe.

V.

METRUM IN GENESIM AD LEONEM PAPAM.

Paruimus monitis tua dulcia juſſa ſecuti
Antiſtes Chriſti, quæ dabas ore pio.
An ego nunc canerem tanti præconia patris
Munus opusque Dei, dum mihi lingua foret
Rauca quidem, ſtridens & nullis digna coronis,
Ingeniumque jacens? ſed libet alta loqui.

Dignum opus & juſtum eſt ſemper tibi dicere grates,
Omnipotens mundi genitor quo principe cuncta,
Natalem ſumſere diem, atque exorta repente
Poſt tenebras ſtupido ſpectarunt lumina cœlo,
Gens hominum, pecudesque, feræ, milleque volucres,
Et quæ per liquidos diſcurrunt agmina campos,
Omnia per temet ex te qui maxima condis,
Ex te nate Pater: nec jam patris eſt pater alter.
Tu capitis primique caput, tu fontis origo,
Primus apex rerum, primus ſator omnia condens:
Nec tamen ex alio ducis genus, ipſe perennis
Spiritus, antiquo vivens per ſæcula motu.
Semper eris, quia ſemper eras. Non mortis egenus,

Qui natalis inops, nec finem noverit ævi.
Ex ſe principium cui contigit, haud manet alter
Auctorem caſus: naſcentia terminus urget.
Omnia cum tegeret nigrum chaos, altaque moles
De ſuper urgeret informis corpora mundi,
Et caliganti premeret ſerotina nocte,
Nec ſpecies, nec forma foret; Deus intus agebas
Corporibus tectis mixtus, ſecreta poteſtas.
Jam tum diſponens naſcentia mœnia mundi,
Et varias rerum facies animasque futuras,
Utque caput victa promſit caligine noctis
Sublimem attollens vultum, ſenſere tenebræ.
Mox Dominus rerum ſomnos diſcuſſit inertes,
Pigraque materies trepidavit numine pulſa,
Commotaque ſimul matura conſcia partu,
Scinditur ingentis cumuli per plurima corpus
Membra, locusque ſimul metantur ſemina juſſu,
Et confuſa ſimul deſcendunt viſcera moles,
Sectaque per partes formas ſpectantia fruſta
Jam calor intus alit, & blando ſuſcitat igni.
Ac primum cœli panſus liber omnia mundi
Complectens ſpatia, celſo ſuſpenditur orbe:
Terra gravis pigro deſcendit pondere ad imum,
Ac ſemet defixa, ſalo fundata reſedit,
Eſſetque ut ſpatium vacuæ regionis apertæ,
Qua tener incedens mortalia paſceret æther,
Quoque exire patris poſſent tot munera rerum,
Ortaque ferrentur nullo per inane labore,
Diffuſæ coguntur aquæ, mox limite certo
Liquuntur maria, nec finem tranſilit unda,
Tunc oritur lux alma, dies quæ juſſa vocari,
Naſcentem tenero perfudit lumine mundum.
Munus opusque tuum prodens, tua maxima dona
Condere quæ genitor patria pietate parabas.
Utque hominum ſolers poſſet clareſcere vita

Arti-

is æthereis, quæ totas ducere luces
t, & ingenium diverſa laude fatigat.
quitur nox atra diem, denſæque tenebræ,
ribus ſomnos quæ ferrent otia feſſis,
ıctis unam faciem, ſimilemque figuram.
ıe dies varia rerum diſcriminat ora,
cuique ſuum disjecta nocte colorem,
tque animos opere ad majora calentes,
ens variis mortalia pectora curis.
ıage forma dies vitæ, nox mortis imago.
ıc condens pater aſtra polo, ac lumine vivens;
diſtinguens variis per tecta figuris
r exſurgit roſeus, & fulgidus ore
r, puniceos ſpargit aurora capillos.
s agit ſudum, important pleiades imbres.
uga, ſunt plauſtra, gemmantes flore coronæ,
ıue biſſenis annum volventia formis.
que præterea celſæ domus ornamenta,
ſæclum fulcit ſignis, & regia ſumma
ɔarens varia ſtellarum luce coruſcat.
ſoli lux major ineſt, quem munere largo
tum genitor pleno dignaris honore.
s ille jubar præcelſo vertice tollit.
ubens patulo, cœli per mœnia fertur,
rum ductor mundi viget, atque elementa.
aliud mirum, mirum decus, en nova curſum
t luna ſuum, quos perdit, colligit ignes,
ıaque exſtinguens perturbat lumine frontem.
tamen ardeſcit completo circulus orbe
ilucum lumen, paſcit ſata ſidera luce.
tamen æterno quæ machina volvitur æthre,
tantum pictura poli eſt, nec celſa voluntas;
ɜ ratioque ſubeſt, & rebus utilis ordo.
doctrina venit terris, hinc denique cunctis
ilium agricolis, & qui maria alta pererrant,
ɜ quaque ferant luces prædicere poſſint,

Venturos norint imbres, ficcumque ſerenum,
Tempore quo tauros campis inducat arator,
Et dubium tentet ſecurus navita pontum.
Inſtructos ignes cœlo pater optime terras
Excolere aggrederis, & munere donas opimo
Regna hominum, pecudumque larem, requiemq
volucrum.
Planeſcunt campi, colles tumor arduus effert,
Subſidunt valles, florentia prata vireſcunt,
Saxaque durantur, pinguis ſe gleba reſolvit,
Rumpuntur fontes, fluviis genus arduum unde eſt,
Herbarum varia conſurgunt gramina campis.
Jamque ſeges tenera fructum fundebat ariſta,
Cum juga nulla forent, nec vomer ullus aratri,
Mugiret nullus proſciſſis taurus in arvis,
Ecce etiam vitis madido jam plena racemo
Expers falcis adhuc, & duri neſcia ferri,
Pampineas celſis texebat collibus umbras.
Diverſa exoritur variarum forma ferarum,
Quadrupedes animæ, nec non repentia terris,
Naſcuntur pictis volucres per nubila pennis.
His ubi perfectis genitor jam divite mundo
Cuncta videt magni curam depoſcere regis,
Qui mare, qui terras, atque omnia nata gubernet,
Quique altum ſpectet cœlum, laudetque potenter
Munera magna Dei, ne ſint hæc condita fruſtra.
Tunc faciamus ais hominem: dic optime, cum qu
Nunc loqueris? clarum eſt: jam tum tibi filius alto
Adſidet in ſolio, & terras ſpectat amicas.
Sed faciamus ais hominem, cujus vultus imago
Noſter erit, manibusque meis procedat in ævum.
Inde opifex rerum adſumis mollia terræ,
Atque virum formas, cujus de coſta cupido
Fit mulier vultu, mulier de coſta viri fit.
Quo mage cara viro, & lateri ſit conjugis apta.

O ſe-

O felix animal, ſummi cui dextra tonantis
Eſt pater! o felix nimium, qui ducis olympo
Et genus & formam! Si te non noxia terræ
Decipiant vitia, nec blandus ſubruat error;
Numen eris cœloque redux mirabere regna,
Quæ promiſſa bonis fido pater exhibet ore.
Nam tibi multa Deus naſcenti contulit ultro,
Ætheream faciem primum, vultumque paternum,
Inceſſumque pedum rectum, ſublimia colla,
Ne qua mora in cœlum oculis ſpectantibus eſſet,
Tunc alacres promtasque manus, vitæque miniſtras.
Atque domum divæ pectus rationis, & alti
Sedem conſilii, fundendæ vocis honorem.
Hæc ſoli conceſſa homini: nam cetera mutum
Eſt pecus, obtinuit ventrem, præcordia, nervos,
Venarum rivos, & ſparſum corpore ſanguen,
Juſte, levique ſimul ſenſusque dolores.
Tu vero Omnipotens privato munere largus
Erga hominem, manibusque tuis operisque favore
Impendens patria pignus pietate colendo,
Ne quid divinis modo deſit vultibus, ignem
Ætheris inſpiras, & ſacræ mentis opimam
Indulges partem, permixtus corpore toto.
Tunc meminiſſe licet veterum, præſentia noſſe
Hinc datur, atque animæ fas eſt ventura videre.
Hinc loquimur canimusque Deum, hinc ſidera cuncta,
Terrarumque viget cultus, pontusque movetur.
Hinc artes, nomenque, pudor, prudentia, juſtum,
Hinc animæ ſurgunt fortes, hinc pergit honeſtum
Et via quæ ducit caſtos ad limina cœli.
Ergo hominem pleno perfectum munere terris
Præponis genitor, & rerum tradis habenas;
Cuncta habeat, ſubdatque ſibi, fieretque
Telluris dominus, famulus tuus omnia mundi
Poſſideat, tantum Domino tibi ſerviat uni.

Poſt quam primus homo vetito ſe paſcere ligno
Non timuit, captusque dolis ſe præbuit angui,
Stat reus, & nudus dejecto lumine veſtem
Implorans, Dominumque fugit, vultumque recondit,
Culpa comes ſequitur; peccato obnoxia vita
Debilitat vires, cœlo venientia dona.
Æthere demiſſus paulatim deficit ignis.
Frigore peccati torpentia corda rigeſcunt,
Cura cibi ventrisque ſubibat, cura tegendi
Corporis, & tacrum ſubeunt mortalia pectus.
Naſcitur hinc proles peccati, germinat inde
Deterior ſoboles multo, pejorque priori
Progenies ſequitur, gradibus ad crimina creſcens:
Crimina, quæ ſtimulis acuunt dementia corda,
Teque pater variis armant ad fulmina factis.
Tum primum venit opere incumbere terris,
Intempeſtivus deſcendere nubibus imber,
Fulmina tum primum cœlo dejecta ſereno,
Horrida tum grando turbatos verberat agros,
Et tonitru altiſono infractus murmurat æther.
Nec tamen iſta malos revocant: furor impius orbem
Obſidet, & laxis rabies defertur habenis.
Bella placent, cædesque ſimul, perjuria, fraudes,
Mentirique libet, rapere eſt amor, abdere furta.
Nulla fides populis, nulla eſt jam veritas usquam.
Diluvio abluitur terrarum crimen & undis:
Virque unus reſidet generis populique refector.
Arca tegit paucos caſtorum ſemina ſervans,
Jam tum venturi facies monſtrata lavacri,
Atque unus multis, per quem data luce renati,
Suſceptor fido ſervans Eccleſia partu.
Poſt quam diluvii cecidit tumor, unda reſedit,
Ales pacifera folium portavit olivæ,
Jam ſiccis revolans pennis dedit omnia pacis.
Tum populus ſurgit melior, tum purior undis
Gens hominum magnos terris paritura nepotes.

Inde

Inde ſacerdotis in cœlum dedita corda,
Hinc inter flammas pueri cantare parati,
Et puer impaſti quem non tetigere leones,
Tum reges cecinere Deum, tum vera prophetis
Ora ſonant, cœli ſobole ſplendentia terris.
Quamvis cuncta Deo ſervirent crimine victo;
Attamen antiqui etiam nunc gutta veneni
Spargebat populos, & erant veſtigia fraudis,
Quæ bonus ablueret doctor melioribus undis.

VI.

LIBER
DE
PATRIS ET FILII UNITATE,
ET ALIQUOT LOCORUM SACRAE SCRIPTURAE INTERPRETATIO.

Deus, qui ubique eſt, et ubique totus eſt, ita regimen intelligentiæ excedit, extra quem nihil eſt, ui ſemper ſit, ut hoc modo ſe velit in veritate ſaramenti intelligi. Hoc imperſpicabilis naturæ eſt omen in Patre, quod Deus inviſibilis, ineffabilis, nfinitus, ad quem & eloquendum ſermo ſileat, & inveſtigandum ſenſus hebetetur, & complectendum inelligentia coartetur. Deficit ergo in nuncupatione confeſſio, & quidquid illi ſermonum aptabitur, Deum at eſt, quantusque eſt, non loquetur. Perfecta ſcientia eſt, ſic Deum ſcire, ut licet non ignorabilem, tamen inenarrabilem ſcias. Credendus eſt, intelligendus, adorandus eſt, & iis officiis eloquendus.

Eſt autem Filius progenies ingeniti, unus ex uno, verus a vero, vivus a vivo, perfectus a perfecto, virtutis virtus, ſapientiæ ſapientia, gloria gloriæ,

imago invisibilis Dei, forma patris ingeniti: habet igitur nativitatis hujus utique secretum. Et si quis forte intelligentiæ suæ imputaverit, generationis hujus sacramentum non posse consequi, cum tamen & Pater sit absolute intellectus, & Filius nec major eo, nec minor; sine dolore a me audiet, Ignoro, ego nescio, non requiro. Consolabor me tamen: Archangeli nesciunt, Angeli non audierunt, Propheta non sensit, Apostolus interrogavit, Filius ipse non edidit. Cesset dolor querelarum. Non te, quisquis es, qui hæc quæris, revoco in excelsum, non in amplitudinem tendo, non deduco in profundum.

Hæc de natura divinitatis attigimus, non summam intelligentiæ comprehendentes, sed intelligentes incomprehensibilia esse quæ loquimur. Nullum ergo, dicis, officium fidei est, si nil poterit comprehendi. Immo hoc officium fides profiteatur, id unde quæritur incomprehensibile sibi esse scire. Superest de inenarrabili generatione Filii adhuc aliquid: immo aliquid illud adhuc totum est. Æstuo, differor, hebesco, & unde incipiam nescio. Nescio enim quando natus sit Filius: & nefas est mihi scire quando natus sit Filius. Quem imprecer? quem implorem? ex quibus libris ad tantarum difficultatum narrationem verba præsumam? Evolvam omnem Græcia scholam? Sed legi ubi sapiens? ubi scriba? ubi conquisitor seculi? In hoc ergo mundo sophistæ multi & sapientes sunt: sapientiam autem Dei reprobaverunt. Scribam legis consulam? Sed ignorat, & crux Christi scandalum est. Hortabor forte vos connivere, & tacere: quia ad venerationem ejus satis sit, quod in Evangeliis prædicatur tanta inter homines fecisse stupenda prodigia.

Consistit enim meum in patrocinium meditatarum difficultatum piscator egens, ignotus, indoctus, manibus lino occupatis, veste humida, pedibus limo oblitis, totus

)tus e navi. Quærite & invenite, utrum mirabilius ıerit mortuos ſuſcitaſſe, an imperito ſcientiam iſtius octrinæ intimaſſe? Ait enim, In principio erat Verum. Transeuntur tempora, transmittuntur ſecula, olluntur ætates: piſcator meus illitteratus liber a empore eſt, vicit omne principium.

Tractantes ante paucos dies de indifferenti natura)ei patris & Dei filii &c. *) Ac ſic perfectam fidem locuit, cum id quod modo eſt, ejusdem temporis)pus ſit; & id quod operatur Pater operatur & Filius, extra ſingularis ſit unionem.

Denique pro captu, pro viribus, pro fide noſtra ntueamur Deus quid ſit: & videamus an illi poſſit liquid comparari. Certe hoc eſt Deus, quod & cum licitur, non poteſt dici; cum æſtimatur, non poteſt eſtimari, cum comparatur, non poteſt comparari; um definitur, ipſa definitione ſua creſcit: qui cœum manu ſua operit, pugno omnem mundum claulit, quem totum omnia neſciunt, & metuendo ſciunt, ujus nomini & virtuti famulantur, hunc orbis ex pſa elementorum ſibi ſuccedentium momentanea viiſſitudine teſtatur.

Ratio quædam eſt, quæ apud Græcos λογος appellatur, quæ inter Patrem & Filium perſonas vel vocabula diſtinguit: quia ipſe Filius ratio dicitur, quæ tamen ratio multis nominibus appellatur. Modo enim verbum, modo virtus, modo ſapientia, modo dextera, modo brachium, modo margarita, modo theſaurus, modo retia, modo aratrum, modo fons, modo petra, modo lapis angularis, modo agnus, modo homo, modo vitulus, modo aquila, modo leo, modo via, modo veritas, modo vita, cum ſit Deus omnia & in omnibus. Et per hæc vocabula divinarum diſpenſationum myſteria cognoſcuntur.

*) Ex libr. 9. de Trinit. usque ad §. 44.

Nam & ob hoc Verbum nuncupatur: quia & proprie divino ore proceſſit, & nihil pater ſine eo aut juſſit, aut fecit. Virtus dicitur: quia vere de Deo, & ſemper cum Deo, & omnis poteſtas Patris in ipſo conſiſtit. Sapientia appellatur: quia de corde Patris adveniens arcana in cœleſtibus reſeravit. Dextera nuncupatur: quod per eum omnia opera divina perfecta ſunt. Brachium dicitur: quia ab ipſo omnia continentur. Margarita appellatur: quia nihil illo pretioſius invenitur. Theſaurus dicitur: ut in ipſo omnes divitiæ regnorum cœleſtium, quæ reconditæ ſunt, agnoſcantur. Retia dicitur: quia per ipſum, & in ipſo de mari ſeculi, gentium quaſi multitudo piſcium in Eccleſia congregantur, ubi bonorum malórumque diſcrimina cognoſcuntur. Aratrum nuncupatur: quia ſigno crucis ſuæ gentium pectora ſubiguntur, ut neceſſario ſemini præparentur. Fons aquæ appellatur: quia ex eo ſitientium corda cœleſtis aquæ gratia irrigantur. Petra dicitur: quia credentibus fortitudinem, incredulis duritiem præſtat. Lapis dicitur angularis: quia utrosque parietes veteris ac novi Teſtamenti unus mediator in ſemetipſo continens copulavit. Agnus appellatur: ut innocentia Chriſti & paſſio demonſtretur. Homo dicitur: quia ſecundum carnem propter nos homines naſci dignatus eſt. Vitulus dicitur: quia propter noſtram ſalutem pati ſuſtinuit. Aquila dicitur: quia poſt venerabilem reſurrectionem, quaſi remis altum, ad Patrem revolavit. Idem leo dictus eſt: quia ipſe eſt rex regum, qui mortem ac diabolum virtutis ſuæ poteſtate comminuit. Via eſt quia per ipſum acceſſum habemus ad Deum patrem. Veritas eſt: quia mendacium neſcit. Vita eſt: quia ipſe univerſa vivificat. Vides ergo, quia per hæc vocabula ſignificationes diſpoſitionum & operum divinorum præoſtenſæ ſunt: non tamen ipſe Deus per hæc proprie definitus eſt.

Eſt

Eſt ergo Pater Deus immenſus, æternus, incomprehenſibilis, inæſtimabilis. Eſt & Filius ejus Dominus noſter tantus, quantus eſt Pater; ſed non aliunde, ſed de Patre: quia inquit, *De Patre exivi*, hoc eſt, lumen de lumine. Quod ſi filium Dei, ut jam dictum eſt, viſum a patribus approbamus, ut non totum in illo quod Dei eſt videretur: ſed diſpoſitiones rerum futurarum, quæ ſuis quibusque temporibus complendæ erant, in ipſo per imaginem cernerentur. Nam Filium quis videre potuit ante quam conſpicabilem materiam cum placuit adſumſit, vel ipſum hominem induere dignatus eſt? Quia & ſi Abrahæ viſus eſt, ſed in forma humani corporis viſus eſt, qua ex ejus fuerat carne.

VII.

LECTIONES DE SS. TRINITATE

ALIAS

FIDES ALCUINI.

Πιστευομεν την ἁγιαν τριαδα, τυτεστι τον πατερα, και τον υἱον, και το ἁγιον πνευμα, ἑνα θεον παντοδυναμον, μιας ὑσιας, μιας ὑπαρξεως, μιας ἐξουσιας, δημιυργον παντων των κτισματων, ἐξ ὑ παντα, δι' ὑ παντα, ἐν ᾧ παντα· πατερα ἀφ' ἑαυτυ ἀλλ' ὂν ἀφ' ἑτερυ· υἱον ἐκ τυ πατρος γεννητον, θεον ἀληθινον ἐκ θευ ἀληθινυ, φων ἀληθινον ἐκ φωτος ἀληθινυ· ὑ μην δυο φωτα, ἀλλ' ἑν φως. πνευμα ἁγιον παρα πατρος και υἱυ ἐκπορευομενον, ὁμουσιον και συναιδιον πατρι και υἱῳ. πατηρ ἐν ἑαυτῳ πληρης θεος, υἱος πληρης θεος, ἐκ τυ πατρος γεννηθεις, πνευμα ἁγιον πληρης θεος, παρα πατρος και υἱυ ἐκπορευομενον.

Οὐ τρεις δε φαμεν θεους, ἀλλ' ἑνα θεον παντοκρατορα, αἰωνιον, ἀορατον, ἀμεταβλητον, ὁλον, πανταχυ παροντα, ὐκ εἰς μερη διαιρυμενον, ἀλλ' ὁλον ἐν πασιν, ὑ τοπικως, ἀλλα κατα δυναμιν. ὡς ἀμεταβλητος ὢν, ἑστισε τα μεταβλητα, και τα κτισθεντα κυβερνᾳ, αἰ μενων, ὁπερ ἐστιν. ᾧ συμβεβηκος ἀδυνατον τι παρειναι: (τη γαρ ἁπλη της θεοτητος φυσει προσεθηναι ἢ ἀφαιρεθηναι τι ἀμηχανον, αἰ γαρ ἐστιν ὁπερ ἐστιν) ᾧ ἰδιον ἐστι, ᾧ αἰδιον ἐστιν, ᾧ ταυτον ἐστι, το εἰναι, και ζην, και νοειν και ταυτα τα τρεια, εἰς θεος, και ὁ εἰς θεος ταυτα τα τρεια· τυτεστι θεος και κυριος, ἀληθης και αἰδιος ἐν τοις προσωποις τριας· ἀληθης και αἰδιος ἐν τη ὑσια μονας. ἐστι μια ὑσια ὁ πατηρ, και ὁ υἱος, και το ἁγιον πνευμα. αὐτη δε ἡ ἁγια τριας, ὐδεν τι μειζον ἐστιν ἐν

τοις

VII.

LECTIONES DE SS. TRINITATE

ALIAS

FIDES ALCUINI.

I.

Credimus ſanctam Trinitatem, id eſt, Patrem & Filium & Spiritum-ſanctum, unum Deum omnipotentem, unius ſubſtantiæ, unius eſſentiæ, unius poteſtatis, Creatorem omnium creaturarum, a quo omnia, per quem omnia, in quo omnia. Credimus Patrem a ſe ipſo non ab alio, Filium a Patre genitum, Deum verum de Deo vero, lumen verum de vero lumine, non tamen duo lumina ſed unum lumen, Spiritum-ſanctum a Patre & Filio æqualiter procedentem, conſubſtantialem, coæternum Patri & Filio. Pater eſt plenus Deus in ſe, Filius plenus Deus a Patre genitus, Spiritus-ſanctus plenus Deus Patre & Filio procedens.

2. Non tamen tres deos dicimus, ſed unum Deum omnipotentem, æternum, inviſibilem, incommutabilem, qui totus ubique eſt, totus ubique præſens; non per partes diviſus, ſed totus in omnibus; non localiter, ſed potentialiter: qui ſine commutatione omni mutabilia creavit, & creata gubernat, ſemper manens quod eſt. Cui nihil accidens eſſe poterit, quia ſimplici divinitatis naturæ nihil addi vel minui poteſt, quia ſemper eſt quod eſt, cui proprium eſt, ut ſempiternum eſt, cui idem eſſe, vivere & intelligere. Hæc tria unus Deus & unus Dominus, hæc tria idem Deus & Dominus, vera & ſempiterna Trinitas in perſonis, vera & ſempiterna unitas in ſubſtantia; quia una eſt ſubſtantia Pater & Filius & Spiritus-

τοις τρισι προσωποις ὁμυ ῥηψεισιν, ἡ ἐν ἑνι ἑκοςῳ προσωπῳ, ἁπαξ ῥηθεντες, ἑκαςον γαρ των προσωπων πληρης ἐςιν ὐσια ἐν ἑαυτῳ. ὐ μην τρεις ὐσιαι, ἀλλ' εἰς θεος· μια ὐσια, μια ἐξυσια, μια ὑπαρξις, μια αἰδιοτης. μια μεγαλειοτης, μια ἀγαθοτης, πατηρ, και υἱος, και ἁγιον πνευμα.

Οὐχ ἑτερον δε ἐςιν ὁ πατηρ ἐν τη φυσει του υἱυ, ἡ τυ ἁγιυ πνευματος. ὐθ' ἑτερον ὁ υἱος και το ἁγιον πνευμα τυ πατρος ἐν τῃ φυσει. οἱς ἐςι μια φυσις. πλην ἀλλος ἐςιν ὁ πατηρ τῳ προσωπῳ. πλην ἀλλος ὁ υἱος τῳ προσωπῳ. και ἑτερον το πνευμα το ἁγιον τῳν προσωπῳ. ἐν τῳ πατρι αἰδιοτης, ἐν τῳ υἱῳ ἰσοτης, ἐν τῳ ἁγιῳ πνευματι της αἰδιοτητος και της ἰσοτητος συνδεσμος. ἐν οἱ παντες τῃ ὐσιᾳ, τῃ ὑπαρξει, τῃ παντοδυναμοτητι, τῃ θεοτητι.

Ωσπερ γαρ αὑτη ἡ ἁγια τριας ἀδιαιρετος ἐςι τῃ ὐσιᾳ, οὑτω και τοις ἐργοις ἐςιν ἀδιαιρετοσ, εἰ και τινα των τυ θευ ἐργων ἰδιως τισι των προσωπων ἁρμοζυσιν, ὡσπερ ἡ ἐκ των ὐρανων ἠχησασα φωνη, ὁτε ὁ χριςος ἐβαπτιζετο, τω πατρι. και τῳ προσοπῳ τυ υἱυ μονῳ προσηκει ἡ της ἀνθρωποτητος προσληψις. και τῳ προσωπῳ τυ ἁγιυ πνευματος ἰδιως ἡ περιςερα, ἡς ἐν εἰδει το αὑτο πνευμα ἁγιον κατεληψεν ἐπι τον υἱον τυ θευ, ὡς ἀνθρωπον βαπτιζομενον. πλην ἀναμφιβολως την φωνην ἐκεινην, και την περιςεραν, και την ἀνθρωποτητα τυ χριςυ, ὁλη ἡ τριας ἐνηρθησεν, ἡς τα ἐργα ἀδιαιρεῳα ἐςιν.

ritus-ſanctus. Hæc vero ſancta Trinitas nihil majus eſt in tribus perſonis ſimul nominatis, quam in una qualibet perſona ſemel dicta: quia unaquæque perſona plena eſt ſubſtantia in ſe. Non tamen tres ſubſtantiæ, ſed unus Deus, una ſubſtantia, una eſſentia, una potentia, una æternitas, una magnitudo, una bonitas Pater & Filius & Spiritus-ſanctus.

3. Nec aliud Pater in natura quam Filius & Spiritus-ſanctus, nec aliud Filius & Spiritus-ſanctus quam Pater in natura: ſed alius eſt Pater in perſona, alius Filius in perſona, alius Spiritus-ſanctus in perſona. In Patre manet æternitas, in Filio æqualitas, in Spiritu-ſancto æternitatis æqualitatisque connexio. Unum omnes in ſubſtantia & eſſentia, omnipotentia & deitate.

4. Sicut enim eadem ſancta Trinitas inſeparabilis eſt in ſubſtantia, ita inſeparabilis eſt in operibus: quamvis quædam opera Dei quibusdam perſonis ſpecialiter conveniant, ſicut Patri vox illa, quæ de cœlo ſonuit ſuper Chriſtum baptizatum, & ad Filii perſonam humanitatis tantummodo pertinet ſuſceptio, & Spiritus-ſancti perſonæ proprie congruit illa columba, in cuius ſpecie idem Spiritus-ſanctus deſcendit ſuper eumdem Filium Dei ſecundum hominem baptizatum, tamen absque omni dubietate illam vocem & illam columbam & Chriſti humanitatem tota ſancta Trinitas operata eſt, cujus opera inſeparabilia ſunt.

5. Credimus eumdem Filium Dei, Verbum Dei, æternaliter natum de Patre, & conſubſtantialem Patri per omnia, temporaliter natum de Spiritu-ſancto & Maria ſemper virgine, duas habentem nativitates, unam ex Patre æternam, alteram ex matre temporalem. Qui etiam Filius Dei ſuæ carnis conceptione conceptus eſt, & ſuæ carnis nativitate natus eſt.

6. Deum

6. Deum verum (confitemur) conceptum, Deum verum natum, eumdemque verum Deum & verum hominem unum Jeſum Chriſtum, unum Filium Dei unigenitum, proprium, perfectum in duabus naturis, in unius perſonæ ſingularitate, inviſibilem & paſſibiliter mortalem atque immortalem, crucifixum ex infirmitate noſtra eumdemque ſemper viventem in virtute ſua.

FRAGMENTA S. HILARII, IN VETERIBUS MONIMENTIS RELICTA.

I.

1. *Ex tractatibus in Jobum.*

Tanta enim & tam admirabilis in nos miſericordia Dei bonitas eſt, ut per quem in Adæ offenſa generoſitatem primæ & beatæ illius creationis amiſimus, per eum rurſum id quod amiſimus, obtinere mereamur. Tunc enim diabolus invidens nocuit, nunc autem, cum nocere nititur, vincitur. Monet enim per infirmitatem carnis noſtræ, omnia poteſtatis ſuæ tela, cum ad laſciviam accendit, cum ad ebrietatem illicit, cum ad odia ſtimulat, cum ad avaritiam provocat, cum ad cædes inſtruit, cum ad maledicta exacerbat. Sed cum per firmitatem animi horum omnium ſubrepentia incentiva reprimuntur, emundamur a peccato per hujus victoriæ gloriam; dictum enim ita eſt: *Aut quomodo ſe emundabit natus ex muliere.* Quia non extante hoſte, non erit bellum: ceſſante deinde bello victoria deerit. Collidentium autem adverſus nos vitiorum victoria non adepta, non erit emundatio ulla vitiorum, quia his inſidiis corporis noſtri pi-

rata

rata victo, colluctantium adverſus nos paſſionum concertatione purgamur. Memores igitur & conſcii, illa ipſa corpora noſtra omnium vitiorum eſſe materiem, per quam polluti & ſordidi, nihil in nobis mundum, nihil innocens obtinemus; gaudeamus nobis eſſe hoſtem, in cujus concertatione quodam concertationis noſtræ bello dimicemus.

II.

Item.

Quas Job litteras legerat, ut abſtineret ſe ab omni re maligna, quia Deum ſola mente vitiis non admixta venerabatur? Deum autem colere, juſtitiæ proprium officium eſt.

III.

2. *Ex proœmio expoſitionis Evangelii in Matthæum.*

Erat namque primum neceſſarium nobis, ut unigenitus Deus noſtri cauſa homo, id quod tum non erat, gigneretur.

IV.

Item ex eodem.

Tertium deinceps illud congruum fuit, ut quia Deus homo genitus in mundo &c.

V.

3. *De expoſitione epiſtolæ ad Timotheum.*

Nam & cum dicit ſcriptura, *Homo Chriſtus*, & cum dicit, *Chriſtus mortuus eſt*; & cum dicit, *Verbum caro factum eſt*; non eſt ſpoliandus per fraudulentiam legentis expoſitionibus ſuis ſermo. Nam ubi *homo*

Chriſtus eſt, præcedit, *Mediator Dei atque homin* ut ex utroque, Deo & homine, unus ſubſiſtat; ſit inter hominem & Deum medius, confeſſione in utriusque naturæ. Ubi vero *Chriſtus mortuus eſt*, jicitur, *Qui reſurrexit, qui eſt in dextera Dei.* In mo ejus, carnis noſtræ infirmitas eſt, in reſurrectio virtus ejus, in confeſſu Dei dignitas.

VI.

4. *Ex libro ad Conſtantium Imperatorem.*

Filius Dei factus homo, Deus eſt — — De filius hominis factus eſt — Homo enim factus Deus; non Deus factus eſt homo — & filius ho nis factus eſt filius Dei. Superavit enim magnitu Domini parvitatem ſervilis formæ; ita ut ipſa ſervi forma, quam aſſumſit, ceſſaret eſſe ſervilis per e Dominum, qui eam aſſumſit. Si enim, qui natu non filii Dei, efficiuntur per ipſum filii Dei; quan magis ipſe, qui natura filius Dei eſt, hunc cum qu voluntate ſua alvo virginali conceptus & natus eſt ita ſublimavit in Deum, ut in ejus nomine omn genu flectatur, cœleſtium, & terreſtrium, & inferno rum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jeſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris.

VII.

5. *Ex incerto opere.*

Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Quid enim tam vult Deus, quam ut quotidie Chriſtus habitet in nobis, qui eſt panis vitæ, & panis e cœlo: & quia quoditiana oratio eſt; quotidie quoque ut detur, oratur.

VIII.

VIII.

Item aliud.

Ergo cum missus est — Christus — in similitudine nis peccati; non sicut carnem habuit, ita habuit peccatum. Sed quia ex peccato omnis caro est, peccato scilicet Adam parente deducta; in similidine peccati carnis est missus, existente in eo non ocato, sed peccati carnis similitudine.

IX.

Fragmentum dubium.

In quo omnes peccaverunt. In quo, id est, in dam omnes peccaverunt. — — Manifestum est, Adam omnes peccasse, quasi in massa. Ipse enim r peccatum corruptus, omnes, quos genuit, nati nt sub peccato.

LECTIONES ET ANNOTATIONES VARIAE AD TEXTUM S. HILARII.

TOMUS I.
DE TRINITATE.

LIBER I.

Pag. 5. Opinione communi.	*Habet Vet. Cod. Colbertinus cum Germanenſi* communione: *forte:* communiore.
pag. 6. evagantibus.	*Eſt in iisdem:* Vacantibus: *Quæ vox Hilarii menti, beſtiarum ſcilicet otio deſignando, optime congruit, non ita orationi.*
ibid. angoribus.	*Legunt iidem:* languoribus.
pag. 8. Auctores eos veritatis exiſtere.	*Alii plures Mſs. & edd.* exiſtimare.
pag. 9. nonne manus mea fecit hæc?	*Addunt aliquot Mſs.* Omnia. *Idem exprimunt Lxx: de quibus licet dicat Hilarius in Pſalm.* 118, *lit.* 4. §. 6. „Nobis neque tutum eſt, translationem Lxx. interpretum transgredi.“ *hos tamen in dubiis tantum, ac difficilibus locis praefert, cum alioqui latinam verſionem ſequi ſoleat; ac maxime hic, ubi ſedum* Lxx. namque *pro* nonne, *vertendum ei fuiſſet.*
ibid. ut interno.	*Hab. ed. Par. cum aliquot mſs.* ut in throno.
pag. 11. minusve.	*Legimus cum* 2 *Mſs. Colb. & Germ. Alius Colb. & ed. Bad.* muneris ſui. *edd. alii:* munusve.

. 11. Non exiſtens ſubſti-
ueretur. — *Id eſt:* Ex non extante conderetur. Subſtituere *enim pro* creare, *Hil. etiam infra lib.* 6. §. 18. *uſurpat: ſicut & noſtro æqualis Fauſtinus adverſus Arianos.*

. 12. quod factum eſt. — *Hæc verba Vulg. cum præcedentibus jungunt; quæ disjungenda eſſe liquet ex libr.* 2. §. 20.

d. ex ſanguine. — *Edd.* ex ſanguinibus.

d. ex corporum voluntate. — *Hab. cod. vetuſtiſſimus Vat. baſ. & alii plerique Mſs.* Voluptate.

. 13. non in Deos fidem
laxans. — *Alii:* Non in duos. *Utraque lectio æque probabilis; & confirmari hæc poteſt ex libr.* 4. §. 4, *ubi Ariani* „hanc improbandi homouſii cauſam comminiſcuntur, quod ſecundum verbi hujus ſignificationem, ex diviſione paternæ ſubſtantiæ eſſe filius exiſtimetur; tanquam deſectus ex eo fuerit, ita ut in duos ſit res una diviſa &c.“ *ſi* duos, *hic loci præferas,* Deos, *ſubintellige prout infra etiam exprimit* §§. 17. & 24.

l. in Deum ex Deo decedens. — *Ita cum ed. Par. probæ notæ Mſs. Non diſpliceret Eraſmi Conjectura.* „Deum ex Deo decidens, reſcribentis; *dummodo Mſs. auctoritas ſuffragaretur: Nec minus probabilis antiquiſſimi cod. Vat. lectio:* in Deum, Deum decidens. *Plures Mſs. cum Bad. legunt:* in Deo, *vel* in Deum ex Deo decidens.

. 14. chirographum in ſen-
entiis. — *Eſt in Mſ. Vat. baſ. & aliis recentioribus:* chirographum

decreti. *Favet huic lectioni, quæ mox ſubjiditur, explicatio:* „delens per mortem ſententiam mortis; ut nova in ſe generis noſtri creatione, conſtitutionem decreti anterioris aboleret.“

Eadem Apoſtoli Verba interpretatur Hil. l. 9. §. 10. in hunc modum: „delens chirographum legis peccati, quod per ſententias anteriores contrarium erat nobis: „*unde in Pſ. illud ſimpliciter vocat.* Chirographum legis. *Utramque lectionem, & Vat. codicis, & noſtram conjungit Mſ. Colb.* Chirographum decreti in ſententiis; *phraſi Hil. conſueta, ut duas Verſiones ſibi pariter probatas, in unam componat.*

pag. 15. carnem enim peccati recepit. *Male in cod. Victorino quis reddidit:* Carnem peccati expertem fecit: *ſiquidem* caro peccati, *ut ex ſequentibus patet, Hilario non peccatis ſubjecta, ſed ejusdem nobiſcum naturæ eſt.*

Faciunt ad illuſtrandum huncce locum, quæ Tertullianus adverſus Alexandrum diſputat, De carne Chriſti §. 16. Tom. 2. oper. ed. Wirc. pag. 514.

ibid. terrenæ damnationis. *Alii:* terrenæ maledictionis *vel,* terrenæ dominationis.

pag. 16. in vitam æternitatis. *Habet cod. Remig. cum Theod.* initium æternitatis.

ibid. obedientiæ eſſet officium. *Bad. Eraſm. & Lipſius cum aliis,* In ſolo obedientiæ eſſet officio.

ibid. quidam ita Evangelicæ fi- *Sabelliani erroris conditores in-*

dei corrumpunt ſacramentum &c.

telligunt, qui omnem in Deo perſonarum diſtinctionem auferentes unum ac idem ſuppoſitum intellectuale, ut vocant, modo Patrem, modo Filium, vel etiam Spiritum adpellari, pro diverſis ſcilicet ad hominem actionibus, & relationibus externis &c. prætendebant.

Eundem errorem rurſum Hilarius exponit libr. de Syn. §. 45. Epiph. hæreſ. 62. §. 1. Theod. l. 2. hæret. fab.

Nimia huic hæreſi contradicendi prurigo cauſa inter principes una fuit, quæ Arianorum poſtea erroneam de Chriſto doctrinam enixæ ſunt.

§. 17. ex ſolido.

Addit. Pratell. Mſ. ex ſolido Deo. *Et mox*: Pater Spiritu protenſus. *Utraque vox*, Deo & Spiritu *e margine videtur in textum tranſiiſſe.*

d. creatio falſitatem doceret.

Habent cum Mſs. Vat. baſ. & 1. Colb. edd. Bad. & Er. creatio veluti compoſiti & ſimulati Dei falſitatem &c. *Gloſſatoris interpretamentum ſapiunt, maxime, cum hæc loquendi ratio ab Hil. ſit aliena.*

§. 19. arduum hoc intelligentiæ iter clivo quaſi molliore lenivimus &c.

Plinium videtur præ oculis habuiſſe, qui libr. 5. epiſt. 6. „Villa — *inquit* — ita leniter & ſenſim clivo fallente conſurgit; ut cum adſcendere te non putes, ſentias adſcendiſſe.“

d. fides jam rationabilis ſcientiæ.

Legunt edd. excepto Par. omnes cum unico Mſ. fides tamen rationabili ſcientia.

§. 20. per exceptionem Dei.

Habet ſolus Vat. baſ. cod. per

professionem. *Usum & vim hujus vocis cernere est infra §§. 29. 33. & 34. ubi non solam professionem sonat; sed eam, a cujus consortio quivis alius arceatur.*

pag. 21. Deum quidem verum scientes, sed Dei Filium nescientes.

Per errorem communior hæc edd. & plurimæ partis Mss. lectio etiam in textum nostrum irrepsit; cui omnino aliam perantiqui cod. Colb. nec non Germ. & vetustioris Remig. præferimus: Deum quidem verum sciente, sed Dei filium nesciente: *Ita, ut de sabellico dicta, non de Arianis intelligas.*

ibid. veritatis absolutionem nuncupatio Filii obtineret.

Sensus est: Veram Patris naturam vera Filii nuncupatio manifeste obtineret: quibus declarat Hilarius, se quasi ex abundanti ostensurum, Filio naturam Patris esse, postquam ostendit, ei Filii nomen competere.

Notanda vox Absolutio, quæ valde familiaris est Hil. pro re certa & evidenti.

pag. 24. & cesset in professione absoluta adversandi calumnia.

Habet cod. Veron. necesse est in professione absoluta adversandi calumnia videatur.

pag. 25. qui me vidit, vidit &c.

Ita constanter Mss. exprimunt, textum originarium sequuti: Edd. hic & deinceps Vulgatæ inhærent: qui me videt, videt &c.

pag. 26. tuendum hunc.

Habet vetus Mss. Remig. tum eundem hunc.

ibid. reciderunt.

Mss. 1. *Colb.* recesserunt.

pag. 27. sacramenti revelationem.

Legunt Bad. & Er. cum 1. *Mss. Colb.* sacramentum revelationis. *Lipss. & Par.* sacramenti revelationes. *Mss.*

baſ. Vat. ſacramenti religionem.

pag. 27. cum enim fuerint ſubjecta ei omnia. — *Hæc verba plures optimæ notæ codd. hic; & infra l. 2. §§. 8. & 22. omnes uno conſenſu omittunt.*

pag. 31. in Deorum numerum. — *Habet vetus cod. Colb. cum Germ.* in duorum.

LIBER II.

pag. 32. A perfecto perfecta. — *Habent aliquot mſs.* a perfecto profecta.

ibid. infinitas in æterno. — *Legit Auguſtinus l. 6. de Trinit. c. 10., ubi huncce Hil. locum exponit:* æternitas in Patre.

pag. 33. contineri religione mentium. — *Eſt in 2 antiquis codd. Colb. & Germ.* confiteri.

ibid. homines mente perverſi. — *Abeſt* mente *ab antiquioribus libris: & loco* perverſi *ſcribit cod. Vat. baſ.* perverſe. *Caru.* per ſe.

ibid. ſit filius. — *Habent plures Mſs.* ſit filius.

pag. 34. non ex Deo hominem, ſed ex homine Deum proferat. — *Id eſt: Nolit Chriſtum, quum prius Deus eſſet, factum eſſe hominem; ſed hominem primum effectum, tum demum evaſiſſe Deum. Ad plurium locorum facíliorem intelligentiam, juverit hancce particulæ* ex *vim adnotare.*

ibid. ſubſtantias diverſitatum. — *Malles forte:* ſubſtantiarum diverſitates; *niſi hujusmodi uſum troporum frequenter in Hilario offenderes.*

Cæterum facile vel ex hoc uno loco revincuntur; qui Hil. de Trinitate orthodoxam fidem ſuſpectam habent. conf. ſeq. §.

pag. 35. jus ponere. — *Habet cod. Vat. baſ.* finem ponere.

pag. 36. ipſe in Chriſto, & per Chriſtum origo omnium. — *Vet. cod. Remig.* in Chriſto, & per Spiritum.

pag. 36. continetur. — *Addunt Vulg. ex recentioribus Mſs.* in loco.

ibid. neque reliquum eſt omne, quod totum eſt. — *Habet. Mſ. Veron.* neque reliquum eſt, cui & omne quod totum eſt. *Eraſmus hunc locum ita exponit:* Ergo neque totum ei eſt, cui reliquum eſt; neque reliquum eſt, cui omne quod eſt, totum eſt. *Scripti recentiores:* cui eſt omne, quod totum eſt.

ibid. quod Pater eſt. — *Adjiciunt poſt hæc aliqui, ſed infimæ ætatis Mſs.* ſed potens in ſemetipſo habere, quod Pater eſt.

pag. 37. in ſemetipſo. — *Mſs. uno excepto, omnes ignorant.*

ibid. immortalis. — *Habent Mſs.* æternus.

ibid. rationi humanæ abſolutio non occurrit. — Abſolutio *hic idem eſt, quod enuntiatio omni ambiguitate abſoluta, quæ rei naturam clare & diſtincte exprimat.*

ibid. cui alter non fiat obnoxius. — *Pro* alter, *Mſ. baſ. Vat. legit:* ante *Vet. Colb. & Germ.* a te. *melius ſcriberetur:* a ſe.

pag. 38. neque pars Patris in filio eſt. — *Mſs. Vat. baſ. & Carn.* neque pars Patris filius eſt.

ibid. quæcumque habet Pater, dedit filio. — *Deſiderantur hæc verba in omnibus pene Mſs.*

pag. 39. et, qui eſt in ſinu Patris. — *Neque hæc in Mſs. excepto unico, reperire eſt.*

Aliter præſentem locum infra §. 23. *hujus libri exponit:* „Ego de Patre exivi &, filius in ſinu Patris.

ibid. quæ habet Pater, tradidit filio. — *Vocem* Pater, omittunt plerique Mſs. *dein loco* filio, *exhibent Vat. baſ. & Carn. codd.* mihi.

ibid. proclamantem Spiritum S. — *Habent edd.* per prophetam clamantem.

pag. 40. ubi ſapiens, ubi conquiſitor hujus ſæculi? — *Interſerunt Vulg.* ubi ſcriba; *quod melius abeſt a Mſs. non*

enim cum legum doctoribus, qui ſcribarum nomine deſignantur, Hil. hic ſermo eſt.

g. 41. ætate contines. *Ita exhibent* 3. *ſcripti antiquiores. Alii habent:* ætates continet; *alii.* continent. *Bad.* ætatem continens. *alii edd.* ætatem continet. Ætate contines, *opponitur proxime dictis de verbo:* Non tenes tempore.

id. & ſuum eſt ſibique; quod liberum eſt, & ſolitarium, & obtemperans nemini. *In Mſs. Veron. & Corb. legitur:* & ſumet ſibimet, quod liberum eſt: *Apud Lipſ. & Par.* & ſumit ſibi, quod liberum, & ſolitarium, & obtemperans nemini eſt.

id. qui abeſt a cognitionis tempore. *Habent Bad. & Er.* a conditione temporis *Lipſ. Par. & aliquot Mſs.* a tempore. *Carn.* a cognitione temporis.

A cognitionis tempore, *hoc eſt: a quolibet tempore, quod excogitari valeat.*

g. 42. nihil nec offenditur, nec auffertur. *Adpoſite ad ea quae more præcedunt,* ſine contumelia, ſine abolitione, *hanc lectionem cum plerisque Mſs. tenemus: cum Vulg. habeant,* nihil nec confunditur, nec confertur.

Ceterum quod hic occurrit, nihil nec; *non duplex negatio eſt, ſed pleonaſmus, Græcis, ipſique Hilario familiaris: quem cavere Mſs. Remig. & Theodor. pro* nihil nec, nihil in eo *exhibentes.*

g. 43. quod factum eſt in eo, vita eſt. *Ita exprimunt Mſs., queis conſentit Ambroſ. l.* 3. *de fide c.* 6. *Edd. præferunt:* vita erat; *neque hanc lectionem Hil. inauditam fuiſſe, ex ſequentibus patet.*

pag. 45. inundationibus ſubluendum.

Habent Mſs. Corb. Prat. Faur. ſubruendum. 4. *alii:* ſolvendum *Noſtra lectio confirmatur ex tract. in Pſ.* 68. §. 3. *& in Matth. c.* 6. §. 6.

pag. 46. novelli apoſtolatus, ſed ab Antichriſto &c.

Concordat huic lectioni, quod infra recurrit lib. 6. §. 37. „Novi apoſtolatus mendax ſacerdotium.“ *Cod. Carn. cum* 1. *Colb. exhibet:* novi Apoſtoli ſub antichriſto.

ibid. natus ex Virgine eſt, & Spiritu Sancto.

Per Spiritum Sanctum *hic Verbum ipſum intelligi, ex ſubſequentibus manifeſtum eſt: hinc infra c.* 2. *in Matth.* §. 5. *Chriſtus dicitur*, „ex muliere natus, per Verbum caro factus.“

pag. 47. in Deum ex carne renovati.

Habent Mſs. Carn. & Vat. baſ. ex carne renati. *Apud Leonem, a quo hæc Hil. verba laudantur, ep. alias.* 97. *nunc* 134 *in noviſſima editione ex Mſs. Rom. reſtitutum eſt:* in Deo ex carne renati: *Præſtat tamen* renovati. *Sermo enim eſt de noſtra per Chriſtum ex ſuſceptione carnis reparatione, & veluti quadam in Deum commigratione; non de reperatione per baptiſmum.*

pag. 48. naturæ ſe humanæ carnis immiſcuit.

Depravate apud Bad. & Er. legitur: nec ſe humanæ carni immiſcuit. *Scilicet ex male intellecta Spiritus S. notione; de cujus uſu, quidque in univerſum de Chriſti ex Maria Virgine conceptione, ſentiat Hil. Vide ſummariam Chriſin in ejusdem ſcripta, Tom.* 2. *noſtræ editionis præfixam.*

Verbum immiſcere, *hic non confuſionem utriusque na-*

turæ in Chriſto, ſed intimam conjunctionem ſignificat. Eandem vim huic voci dederunt Irenæus lib. 3. c. 21. Novatianus de Trin. cap. 11. Cyprian. de idolorum Vanitate. Auguſtin. epiſt. 137. §. 11. &c.

49. carnis humilitas adɔtatur.

Legunt Bad. & Er. cum aliquot Mſſ. adoratur.

Magnæ olim quærelæ occaſionem dedit hicce locus, quum Felix Urgellitanus illum in erroris ſui favorem adduceret; ab Hincmaro propterea & Alcuino graviter incuſatus, quaſi ipſe primus expuncta veteri & genuina lectione, adoratur, *noſtram immiſiſſet. Verum ante Felicem exarati codices Colb. Carn. & alii illam exhibent; nec opus eſt corruptionis auctorem quærere in loco ſano prorſus & integro: non enim carnis in Chriſto humilitatem fuiſſe adoratam, prædicat hoc loco Hilarius; ſed ex eo, quod admiſſa etiam carnis infirmitate, divini ipſi honores delati ſint, a Magis, ab Angelis Spiritus S. teſtimonio &c. recte concludit, dignitatem Deitatis non amitti, dum carnis humilitas* adoptatur, *id eſt, adſumitur; ſive Deum potentia ſua non cadere, quando hominis infirmitatem induit*; „cui, *ut ait in Pſ.* 55. §. 5. exinanienti ſe ex forma ſervi virtutem Dei atque naturam forma ſervilis non abſtulit.“

pag. 49. in quo ſignati eſtis.	*Addunt Mſſ. Vat. baſ. & Carn.* in diem redemptionis.
pag. 50. & Spiritus & Sanctus eſt.	*Vulg. cum pluribus Mſſ.* & Spiritus Sanctus eſt. *melius habet vet. Colb. cum Germ. cod.* ſive filius eſt Spiritus Sanctus.
ibid. Aquæ vivæ — qui eſſet alienus.	*Habent Mſſ. optimæ notæ:* aquæ vitæ, *& mox* qui eſſet alieni.
pag. 51. omnis exuberans.	*Eſt in codd. baſ. Vat. & Vict.* exuperans, *ſed nihil mutandum; quum hoc verbum familiare ſit Hilario, ubi de Spiritu ſermo eſt. Sic de illo habet c.* 10. *in Matth.* §. 2. „Quantumlibet aſſumatur a cunctis; ad largiendum ſe tamen ſemper exuberat.“ *Et c.* 15. §. 10. „Spiritus copia indicatur, cui quod largiatur, exuberet.“
ibid. alter in officio.	*Habet Mſ. Vat. baſ.* in obſequio.
pag. 52. Ne quid in his obſcuritatis hæreret.	*Habent Mſſ. probæ notæ* haberet. *Vict.* lateret. *Ex Eraſmi conjectura legendum foret:* nequis in his difficultatibus hæreret.
ibid. in timorem.	*Ita Mſ.* 1. *Colb., cui magno conſenſu accedunt Veteres libri infra l.* 6. §. 44. *Edd.* in timore.
pag. 54. promerendus eſt.	*Additur in Mſ. Sylvæ maj.* adorandus eſt.

LIBER III.

Pag. 57. Calumniari de Virtutibus ſuis Deo.	*Idem eſt, ac* detrahere *Deo de Virtutibus ſic infra l.* 10. §. 28. „trunci corporis calumnia, *pro auris amputatione: & in Pſ.* 137. §. 16. in ca-

lumnia veſtis *pro conatu ponitur, quo quis vult veſte diſpoliare alterum.*

pag. 59. intellectum prudentium. — *Hebet Mſ. Carn.* prudentiam prudentium.

pag. 60. ſtulta mundi elegit Deus. — *Addit cod. Carn.* ut confundat *ſapientes.*

pag. 62. dandæ & rependendæ clarificationis. — *Habet* 1. *Mſ. Sorbon.* dandae & recipiendæ *alii:* repetendæ. *Vulg.* referendæ.

pag. 63. ſine ſpe mortuos. — *Legunt Bad. & Er.* ſine Spiritu emortuos 1. *Mſ. Colb.* ſine ſpe morituros.

pag. 64. per virtutum ſuarum opera. — *Cod. Vat. baſ.* per virtutem ſuarum operationum. *Carn.* per virtutum ſuarum operationem.

pag. 66. ſed plane ignorabatur. — *Addunt Vulg.* Deus, *quod Mſs. abeſſe jubent.*

Hæc Hilarii ſententia lucem haurit ex his l. 5. §. 27. „Et quæro, an Deus verus non ſit, qui tum ſecundum opinionem Judæorum & bene dicebatur, & jurabatur. Judæi namque ſacramentum myſterii Dei neſcientes, & per hoc Dei filium ignorantes, Deum tantum, non & Patrem venerabantur. Nam utique venerantes Patrem, venerarentur & filium.“

pag. 67. in manibus ejus fixuram clavorum. — *Habent plures Mſs.* in manu ejus. *Tum Par.* figuram, *conſentientibus Colb. & Germ. Mſs.*

ibid. in locum. — *Mſ. Carn.* per loca.

pag. 70. ſupponis nunc voluntatem. — *Eſt in eodem:* voluntate.

pag. 71. in aliud ex auctore ſubſiſtit. — *Abeſt*, in aliud *a vetuſtis codd. Colb. & Remig. in Corb. ſecunda manus adſcripſit. Lipſ. & Par. expuncta particula* in, *tantum* aliud *retinuere.*

Ex hoc loco intelliger
eſt illud, Tract. in Pſ.
§. 10. „Qui non ſe ſib
bet, non omnia poteſt,
a potiore ſubſiſtit.“

LIBER IV.

Pag. 78. Unius ſubſtantiæ Patrem & Filium — ab anterioribus Epiſcopis prædicatum.

Teſtatur hoc epiſtola ad Pa
Samoſat. Tom. 1. Conc.
nyſio Alexandrino adj
ta; Euſeb. Cæſ. apud S
ten. l. 1. c. 5. „Non
veteres Epiſcopos, *in*
& ſcriptores, viros ſan
ſertos & illuſtres in di
tate explicanda hoc v
Conſubſtantiali, uſos
cognovimus.“ *Interqu*
nominatim utrumque D
ſium recenſet Athanaſiu
de Synodo: Tertullianus
que adverſus Praxeam
unius ſubſtantiæ *Patre*
Filium prædicat.

pag. 79. et hæc quidem de homouſio, eorum falſitas prima.

Pauli Samoſateni maligna h
terpretatio fuit; quam
cientes una cum ipſa hom
voce, Patres Antioc
dogma catholicum ſimpli
verbis reddiderant. conf
de Synod. §. 81.

***ibid.* poſteriorem Patrem.**

Habent aliquot Mſſ. potio

pag. 82. inconceptibilem.

Hoc eſt: qui nullo capi
poteſt. In Mſſ. Vat. b
Carn. legitur, inconſpi
lem.

pag. 83. unigeniti Dei Flii.

Solemne Arianis argume
hoc loco antevertit Hila
de quo pluribus vide Au
num ſerm. 159. §. 5. &
eodem §. item l. 12. co
Maximum c. 25.

. 85. exemplum blasphemiæ orum. *Hancce Arianorum profeſſionem — plurium enim fuiſſe, & ſupra Hil. l. 1. de Trinit. & ejus inſcriptio apud Athanaſium & Epiph. in hunc modum expreſſa, teſtantur:* Beato Papæ, et Epiſcopo noſtro Alexandro, presbyteri & diaconi in Domino ſalutem.“ *Sive ſi unius Arii ſit, velut auctoris; plures conſenſu, & ſubſcriptione ſuam fecere — frequenter Patres Conc. Aquilejenſis adpellant, tum in geſtis Conc. tum in epiſtola ad Imperatores. Scripta fuit Athanaſio & Epiphanio teſtibus, quum Arius ſede ſua ſubmotus, apud Euſebium Nicomediæ diverteret.*

l. ſolum Veram. *Sequitur in Vulg.* ſolum immenſum, *quod neque in græcis exemplaribus, neque in Mſs. usquam reperire eſt.*

l. ſolum immortalitatem habentem. *Rurſum hic apud Athanaſ. & Epiph., inque geſtis Synodi Aquil. additur,* ſolum ſapientem, *refragantibus Hil. Mſſ.*

l. omnium creatorem. *Legitur apud eosdem:* omnium judicem.

l. obſecutum voluntati ſuæ. *Habet Epiph.* ὑποστηςαντα δι ἰδιαν θεληματι. *conſentit Athanaſius, niſi quod particulam* δι *omittat.*

l. unionem dividit. *Id eſt: duas in Chriſto perſonas inducit, uti declaratur l. 6. §. 11.*

Eraſmus ad marginem ſuæ editionis adſcripſit: inducit; *quam conjecturam deinde Lip-*

ſienſ. & Par. perperam admiſerunt.

pag. 85. gloria ei conſubſiſtente Patre.

Græcæ: συνυποστησαντος αυτω πατρος.

Mſſ. pauci: gloriam; *reliqui cum excuſis* glorians, *corrupte exhibent: in græco hic & infra ſemper* δας δοξας.

Senſus eſt: Patris munere filium omnis ipſius gloriæ participem effectum eſſe, adeo, ut quidquid in Patre exiſtat perfectionis, illud omne in ipſo etiam filio inveniatur Conſubſiſtente *active hic enuntiatur, quaſi* conſubſiſtere faciente.

***ibid.* velut partem ejus unius ſubſtantiæ, & quaſi extendens intelligitur.**

Textus græcus habet: ως μερος των ομοουσιου, και ως προζολη υπο τινων νοειται: *unde patet, mendoſum Hilar. codicem præ manibus fuiſſe,* ως ποδζολην *exhibentem, loco* ως προζολη.

***ibid.* ſine corpore Deus.**

Subnectuntur hic apud Epiph. ſequentes ſubſcriptiones: „Bene valere te optamus in Domino, beatiſſime Papa: Arius, Ethales, Achilles, Carpones, Sermatas, Presbyteri: Diaconi Euzoius, Lucius, Julius, Menus, Helladius, Gaius: Epiſcopi, Secundus Pentapolis, Theones Africanus, Piſtus, qui Alexandria ab Arianis collocatus eſt.“

pag. 89. diſtinctio — Dei augeatur.

Faciunt ad bene intelligendam hujus vim verbi, quæ ſuperius l. I. §. II. habentur, ibi Chriſtum recipientes, in filios Dei auctos *prædicat.*

In Mſ. Corb. legitur: arguebatur. *Veron. habet:* ar-

guatur. *Aliquot alii cum Vulg.* agatur.

. 89. talis de eo ſermo eſt. *Eſt in aliquibus Mſs.* talis Deo ſermo eſt.

. 93. apud illum componens. *Ita conſtanter Mſs. conſentientibus etiam* LXX. *Vulg. addunt:* cuncta componens.

l. compoſitionis vel diſpoitionis officium. *Eſt in* 1. *Colb.* compoſitionis vel diſpenſationis. *Alius cum Carn. penitus omittit* vel diſpoſitionis; *non male, ſi ſcopum orationis conſideres.*

. 94. Deus igitur eſt, qui & Angelus eſt. *Iſtam Hilarii expoſitionem confirmare juverit ex epiſt. Conc. Antiocheni, ita de Chriſto differentis:* „Qui implens voluntatem paternam, Patriarchis adparet, & cum eis loquitur; in eisdem clauſulis & eisdem capitibus; aliquando quidem tanquam Angelus, quandoque vero tanquam Dominus, quandoque autem Deus eſſe affirmatur: Deum enim univerſi, impium eſt exiſtimari Angelum: Filius vero Angelus Patris eſt, qui eſt ipſe Dominus & Deus: ſcriptum eſt enim: Angelus magni Conſilii" &c. *Appoſite etiam Tertullian. de Carne Chriſti* §. 14.

. 96. ſub miniſterio. *Habent plures cum Vulg.* ſub myſterio.

. 100. adorent cum omnes filii Dei: *Et mox:* honorificent eum omnes Angeli Dei. *Aliis Verbis infra in Pſ.* 67. §. 4. *hic deutr. locus, inverſoque Verborum ordine exprimitur:* Adorent eum omnes Angeli Dei — Confortent eum omnes filii Dei. *Eundem verborum ordicem Epiph. tenet hæreſ.* 69. &

Juſtinus ſub finem dialogi cum Triph. favetque Paulus Hebr. 1, 6.

pag. 101. ſignificationem honorandi, & eorum per quos eſt honorandus, intellige, ſcilicet per Angelos & filius Dei, Deus.

Mſs. 3. *Colb. Carn. Corb. Germ. Remig. cet. exprimunt:* Significationem honorandi & ejus per cujus &c. *In Corb. ſecundis curis adſcriptum:* & ejus per quos. *in Vind. extat:* & ejus per quos. *Dein vetuſtior Remig. mendoſe exhibet:* Intelligere ſcilicet, ut Angelus & filius Dei; *ex quibus Conjectura haud improbabili placuit Maurinæ editionis Curatoribus:* Significationem honorandi ex eis, per quos eſt honorandus, intellige; ſcilicet ut Angelus & filius Dei, Deus.

ibid. ſub eodem ſermone ad Joſeph diſponit.

Habet 1. *Cod. Vat.* ſub eodem nomine tum *rec. Remig. ac Theod.* Jacob ad Joſeph.

pag. 102. ejus igitur, qui ſine initio eſt, demonſtrata eſt dignitas.

Legitur in cod. Veron. ejus igitur, qui ſine nativitate eſt, demonſtrata perſona eſt.

pag. 103. abſolute Pater.

Abeſt, abſolute *in Mſs. Veron. & nonnullis aliis, ac in ed. Par.*

pag. 104. mercatus Æthiopum & Sabain; Viri &c.

Repugnat textui græco, qui Sabaim Viri, *legendum jubet; atque ſic etiam Tertullianus adverſus Praxeam,* §. 13. *ubi ex hoc Eſaiæ loco idem cum Hil. pro divinitate Chriſti argumentum deducit.*

ibid. ſæculi calamitatem.

Habet cod. Veron. cum aliis: captivitatem.

pag. 105. ex perſecutore Eccleſiæ.

Unus hic rec. cod. Colb. cum Vulg. inſerit: ex perſecutore factus doctor Eccleſiæ.

Frequens Hilario hujus particulæ ex, *ad ſignificandum ſtatum præteritum uſus.*

pag. 106. & ſe genito. — *Cf. Pſ.* 122. §. 2. *ubi hic locus exponitur.*

pag. 108. non unione perſonæ, ſed ſubſtantiæ unitate. — *Inter utramque vocem id diſcriminis eſt Hilario, ut naturæ ſemper unitatem dicat; unionem vero conſtanter ad perſonas referat.*

LIBER V.

Pag. 110. ſanctitatem dicti. — *Habet Mſ. Vat. baſ.* ſecuritatem.

ibid. ſpecie — ſimplicitatis. — *Eſt in eod. & in Carn. paucisque aliis:* ſubtilitatis.

pag. 111. ſecundi hujus libri. — *Non reſpectu totius operis dicitur; ſed quod argumentum libro ſuperiore inchoatum, in hoc denuo reſumat.*

Mſ. baſ. Vat. habet quinti.

pag. 113. hoc mihi de eo creatio mundi loquuta eſt. — *Habet idem ſolus:* hoc mihi de creatore mundi geneſis loquuta eſt.

pag. 115. imaginis — ſpecies. — *Refert idem:* imaginis ſimilitudo.

pag. 116. non poteſt non ex vero conſiſtere. — *Ita codd. Colb. Remig. Germ. &c. Edd. Er. Lipſ. & Par.* in utroque *Bad. cum pluribus Mſ.* ex utroque.

pag. 117. natura eorum accipit nuntii, & miniſtri officium. — *Exhibent 2 Mſſ. Colb.* ut nuntiet miniſterii officium; *quibus in hoc favent ceteri plerique, quod exhibeant:* miniſterii officium.

pag. 120. familiaritas proficit aſſumtæ ad contemplandum formam ſpeciei. — *Ita cum Mſſ. quibusdam & ed. Par. legimus: Variant ceteri. Corb. de Carn.* formæ ſpecies. 1. *Sorb.* formae ſpecie *Bad. Eraſm. & Lipſ. omiſſo* ſpeciei, *tantum* formae *exprimunt.*

Senſus eſt: ſpecies, qua ſæpius velut anticipato referebatur forma naſcituri;

fidem poſtea faciliorem fecit veritati naſcentis.

Pertinent huc, quæ Tertullianus adverſus Praxeam §. 16. *ait:* „Ediſcebat, ut nobis fidem ſterneret, ut facilius crederemus filium Dei deſcendiſſe in ſeculum, ſi & retro tale quid geſtum agnoſceremus.“

pag. 122. nec homo efficit, quin qui homo eſt, Deus ſit.

Habet Mſ. Vat. baſ. nec homo infirmus officit, quin qui homo eſt, Deus non ſit.

ibid. & benedicendo, & transferendo, & nuncupando.

Ita exhibent Mſs. baſ. Vat. 1. *Colb. cum quibusdam aliis, ac ed. Par. Ceteri plerique multum diſcrepant. Ed. Bad. cum Mſs. Vind. & Remig. habet*: & benedicit nuncupando, *Cod. Sylvæ maj.* & benedicit transferendo & nuncupando *Corb. Prat. Faur. Colb. cum edd. Er. & Lipſ.* benedicit transferens nuncupando. *His conſentiunt alius Colb. & Sorb. tantum quod addunt*: te benedicit. *Forte non male legeretur:* Et bene dicit Iſrael nuncupando; *hanc quippe innuit benedictionem, qua, translatione nominis facta, ex Jacob, Iſrael nuncupatur.*

pag. 123. fac ibi ſacrificium Deo.

Habet cod. Vat baſ. & 1. Colb. fac ibi ſacrarium *Vulg.* offer ibi ſacrificium. *Aliter hic locus libro ſuperiore* §. 30. *refertur:* fac ibi altarium Deo, qui adparuit tibi; *unde colligere eſt, Hilarium ſubin ſcripturas ex memoria recitaſſe.*

ibid. niſi hic Deus ſcitus ſit.

Poſt hæc verba notat Eraſmus,

in uno exemplari ſequentia ſe adjecta reperiſſe: „Hic janua eſt, ut de ſe in Evangeliis teſtatus eſt: hinc David cœli portam profitetur in pſalmo: *Verum ipſe alienæ manus additamentum cenſet.*

pag. 123. ad Dei honorem per Deum docemur.

Expunxit Lipſ. particulam ad; *ſed multa hujus verbi cum præpoſitione* ad *tract. in Pſ. ſunt exempla.*

pag. 26. Dei filium negatura.

Addunt Er. Lipſ. & Par. Deum negatura.

ibid. ſtultam ſapientiam fallis.

Legit Bad. cum iisdem ſtulta mundi ſapientia.

pag. 127. ſyllabae adjectione.

Habent Mſſ. adjectio.

Hoc interpolatæ ſcripturæ crimen, plus uno in loco Arianis objicit Ambroſius: l. 2. de fide, c. 15. l. 5. c. 16. in geſtis Syn. Aquil. &c.

ibid. ad auctorem dicti.

Mſſ. prope omnes: ad auctoritatem. *Utitur ſubin Hilarius verbo abſtracto, pro concreto; & hocce* auctoritatis, *loco* auctoris, *nominatim infra lib. de Synodo* §. 33.

pag. 128. a contribulatione ſpiritus.

Habet Carn. cod. & aliquot alii: a contritione.

ibid. ratio falſitatis.

Habent præter 3 *codd. Colb. Germ. & Corb. ceteri plerique:* ratio veritatis.

pag. 130. ſi a ſæculis Chriſtiani vocabuli beatitudo unquam fuit; nunc novum non eſt.

Mſ. baſ. Vat. nomen benedictum unquam fuit, nunc novum nomen eſt. *Carn. cum* 1. *Colb.* antea benedictio unquam fuit, nunc novum nomen eſt. *Bad. & Er.* antea beatitudo nunquam fuit, nunc novum nomen eſt.

pag. 131. incitat infideles; & intellige.

Habet Mſ. Vat. baſ. incitatus; infidelis tu vide & intellige:

quod deinde etiam in Carn. ſecunda manus reſcripſit:

pag. 132. quam ſpecioſi. *Eſt in eodem Carn.* quam veloces.

pag. 133. factus eſt gentium non invocantium ſe. *Habent edd. cum pluribus Mſs.* & palam factus eſt genti non invocanti ſe: *cod. Carn.* factus eſt in medio gentium.

pag. 136. quæ totus eſt ipſe, qui genuit; quia non eſt aliunde &c. *Sic plures & potiores Mſs. Nonnulli alii cum Vulg.* In quibus totus [illegible]ipſe, qui genuit; quia non ex alio genitus, neque aliud quam Deus eſt; quia non eſt aliunde &c.

pag. 137. generum Varietate. *Deſideratur in Veteribus libris, Colb. Corb. Remig. Vind. aliis.*

LIBER VI.

Pag. 139. hoc impudentiæ, *Habet cod. baſ. Vat.* impruden-tiæ: *minus bene. Ne hic errores Arian. univerſam late orbis chriſtiani provinciam pervaſiſſe exiſtimes, Socraten legas, qui libro* 2. *cap.* 25. „Achajæ & Illirici civitates, *inquit*, & reliquæ occiduarum partium Eccleſiæ, tranquillæ adhuc erant & inconcuſſæ; tum quod inter ſe conſentirent, tum quod fidei regulam a Nicæno Concilio traditam conſtantiſſime retinerent.“ *Conveniunt hiſce, quæ Lucifer Calarit, ad Imp. ſcribit*: „Omnes momento ſi peragrare poſſes gentes; inveniſſes ſtolidiſſime Imperator, chriſtianos ſicut nos credere — — — At tua novella prædicatio, & recens religio ſub prætextu

fidei blasphemia in perniciem ſalutis tuæ per te prolata, ſolum adhuc limitem Romanum peragrare non potuit.“

141. in primo licet libro. *Ita plures & antiquiores Mſſ. Recentiores cum Vulg.* in quarto licet. 2. *Vat.* in primo vel quarto licet libro. *Favet noſtræ lectioni, quod librum ſuperiorem, ſecundum dixerit, ſcilicet obpoſitum perverſæ Arian. fidei profeſſioni.*

142. ſolus a ſolo Patre ıbſiſtit. *Referunt antiquiſſimi Mſſ. Turon. Vat. baſ. & Colb.* a ſolo ſubſiſtit. *Græce: επι του παντρος υπιστη.*

143. ut virus falſitatis inroeat. *Ita Vulg. cum Mſſ. recentioribus. Mox præcedit:* totum occultati capitis virus *Alii plerique:* Ut viris falſitatis introeant: *atque hanc lectionem ſuperius dicta commendant:* Venenati oris principalis poteſtas.

144. numeroſas æternitatum poteſtates. *Rectius ita plures ſcripti ad exprimendam vim vocis Græcæ, αιων; quam quod alii aliquot legunt:* ætatum *vel* vanitatum.

l. bythona. *Legimus cum Corb. Mſſ: Alii* bythonam. *Male prius Vulg.* bythonas *referebant: Unum enim inter æonas βυθος, nam plures admittebat Valentinus; cujus fabulam ita paucis complectitur Tertullianus, de Præſcript* §. 49.

„Dicit inprimis eſſe bython & ſilentium, ex his proceſſiſſe ſemen, mentem & veritatem; ex quibus erupiſſe verbum & vitam; de

quibus rurſum creatum hominem & eccleſiam.“ *Conf. Iren. lib.* 1. *cap.* 1. *Epiph. hæreſ.* 31. &c.

pag. 146. ſolis ſui neſcius cultor. — *Exhibet Mſs.* 1. *Remig.* ſolus ſui. *edd.* ſolius ſui. *Ceteri melius: Manichæi namque teſte Auguſtino ad Quodvultd. hæreſ.* 46. „Orationes faciunt ad ſolem per diem, quaquaverſum circumit; lucemque iſtam corpoream Dei dicunt eſſe naturam.“

ibid. repoſita. — *Id eſt*, dilata abſolutione, *habent edd.* ſepoſita, *Mſ. Carn.* depoſita.

pag. 148. nihil inanimum in Dei rebus. — *Ita Mſ. Corb. a prima manu; qua voce negatur, Deus conſequentia corporis ſuſtinere; ſicut antea probatum eſt, non eſſe corpus, in quo nihil* corporale *exiſtat.*

Alii Mſs. habent: inanium; *edd.* inane.

pag. 149. quæ Dei manebant: *mox* quæ Dei erant. — *Amat Hil. veluti vocem* Deus *pro* Patre, *ita* manere, *pro* eſſe *ſine exiſtendi initio.*

ibid. quantum putat. — *Solus cod. baſ. Vat.* quantum potuit.

pag. 150. & quaſi prolationem extendens. — *Secus habent exemplaria græca, quam Hil. ex ejusdem expoſitione legiſſe liquet; ſcilicet illa:* και ὡς προβολὴν ὑπο τινων, *referunt; non autem:* και ὡς προβολὴν ἀποτεινων.

pag. 152. Deo de ſe non credidiſſe. — *Adjecit Lipſ.* de ſe teſtanti, *reluctantibus Bad. Er. & pleriſque Mſs.*

pag. 153. ſubſtitutus tamen, ut creationis indultæ ſibi habeat ſubſtitutionem. — *Verbum* ſubſtituere, *uſitatum fuiſſe Arianis ex Fauſtini c.* 1. *colligimus, ubi illorum profeſſiones ſic exponit.*: „Sic

quoque per eum facta dicit universa, ut eum asserat ex nullis extantibus substitutum — — siquidem non vere de Patre natus est; sed de nihilo substitutus.

Nec significatione multum a verbo creare *differt: sicut enim hic*, creationem substitutionis; *ita lib.* 1. §. 16. substitutionem creationis *dicit.*

. 153. sitque tecum. — *Idem est*, *ac* secundum te. *Ita mox supra*, & *alibi sæpius particulam* cum *accipit: sola ed. Par. habet*: sitque potius.

l. primogenitus exordine, otus creatio. — *Legunt Bad. & Er.* totius creatio. *Ex quo Erasmus legendum putat:* ex ordine totius creationis. *Verius alii libri*: totus creatio, *quod statim aliis verbis declaratur se*; ex nullo Deus.

. 155. nec conscia tibi tantum. — *Hab. b. Vat. & Mart.* nec conscia nisi tibi.

l. sapientiam te tuam, non lissimilem. — *Exemplar Sylvæ maj.* tui non dissimilem.

d. qui ex te Deo est. — *Habent aliquot Mss.* qui ex te Deus est.

d. siqui adhuc salvi esse possunt, ad fidem teneant evangelicæ doctrinæ — iter. — *Legit Par. cum vetustiori Ms. Colb.* siqui hujus salvi esse ad fidem possunt, evangelicæ &c.

. 157. sed ut. — *Legit Par. ed. cum Mss. Colb. & Germ.* quo ut.

Fusius hoc argumentum exponit, iisdemque queis Hilarius, scripturæ testimoniis, eodemque ordine, ac in eundem scopum prolatis, illustrat Faustinus ad Flaccillam, lib. contra Arianos c. 2.

pag. 157. Filius hic per proprietatem ſignificantis oſtenditur.

Lipſ. & Par. referunt, ſignificationis, *præter fidem aliorum librorum.*

Proprietas *hic* adoptioni *obponitur referturque tum ad patrem ſignificantem, tum ad filium ſignificatum. Porro idem argumentum tractat Fauſtinus loco mox nominato*: „Cum eo, *inquit*, certe Moyſes & Elias pariter videbantur loquentes, quos utique de adoptione factos eſſe filios Dei negare non potes; quomodo de ſolo Chriſto vox divina teſtatur, dicens: Hic eſt filius meus dilectus &c. Si enim & Chriſtus de adoptione filius eſt, cum ſtaret inter duos adoptivos; dixiſſet utique: Et hic filius meus eſt; ne Chriſtus eſſe ſolus crederetur. At cum dicit, hic eſt filius meus dilectus: adoptionis filios ſeparavit, ut proprietas veræ nativitatis in Chriſto ſolo filio crederetur.“

pag. 159. ſi naturam vocabulis.

Intellige, ſignificari &c. *Excuſi minus bene* vocabuli.

ibid. profeſſio filii de ſe eſt.

Habent Mſs. Colb. Mart. Corb. al. profeſſio fidelis *Carn.* profeſſio fides eſt. 3. *alii:* profeſſio filii eſt.

ibid. quæ proprietates — ad filii nomen adjectæ ſint.

Mſ. Vat. baſ. profeſſionis. *Idem paulo ante* profeſſionum nomine ſequuntur; *ubi ceteri libri* proprietatis nomina, *exprimunt.*

pag. 160. non nominis tantum teſtimonio, ſed etiam virtutis.

Legunt Bad. & Er. cum rec. cod. Colb. Veritatis. *Mſs. Vat. bas & Mart.* virtutibus.

161. neque me ſcitis, neque unde ſim, noſtis.

Aliter modo exemplaria tam latina, quam græca referunt: ſcil. & me ſcitis, & unde ſim, noſtis; *queis conſentit Orig. Tom.* 19. *in Joan. ubi ſimul periculum facit, diverſam illam Chriſti ſententiam, Joan.* 7, 28. & 8, 19. *conciliandi; primumque adfert, Chriſtum hic non iisdem, ſed diverſis loqui perſonis: Phariſæis nempe in uno, altero in loco Hieroſolymitis: Verum cum hac ratione ægre omnem exhauriri difficultatem, ex ſequentibus cerneret; aliam & probabiliorem ſibi conciliandi viam hanc experitur:* „Illud, *inquit*, & me ſcitis, & unde ſim, noſtis, de ſe ipſo homine diſputat; hoc vero, neque me ſcitis, neque Patrem; de Divinitate.“

163. qui neſcientes non mant ſcire.

Edd. quia neſcientes.

„Cum facilis, *inquit ſupra* §. 151. adverſum ſtultitiam fit reſponſio; emendatio tamen difficilis ſtultorum eſt; per quam primum & ratio intelligentiæ non quæritur, & deinceps ab intelligente intimata non capitur.“

d. qui ſe Dei filium confi- entes.

Male reſcribunt aliqui: Dei filios: *quo totius Hil. vim argumenti infringunt, quippe ea, quæ hic de Chriſto dicta, intelliguntur, quaſi ad Judæos pertinentia, exhibentes.*

164. quia qui ſe odit, oderit & Patrem.

Habet vetus cod. Turon. quia ſi oderit filium, oderit & Patrem.

d. quam Deus poſſet.

Mſ. Mart. quam Deus eſſet.

pag. 166. aquas, & easdem nuptiale vinum.

Legunt Bad. & Er. cum recentioribus Mſs. & in eisdem. *melius Mſ. Mart.* ex eisdem.

ibid. fragmenta panum creverant, & naturæ parvitas.

Antiquiores Mſs. panium. *Dein Eraſm. loco* naturæ, *legendum putat:* materiæ parvitas, *cui favet, quod de eodem Chriſti facto ait Hil. in Matth. c.* 14. §. 12. „Creſcit deinde materies.“ *Et poſt pauca:* „Auctorem enim hujus univerſitatis tantus panum profectus oſtendit, per quem tali incremento modus pertractatæ materiæ adderetur.“

ibid. voluntatum veſtrarum.

Habent plerique, ac potiores Mſs. noſtrarum.

pag. 167 rationem nativitatis.

Par. cum antiquo cod. Colb. & Germ. novitatis.

ibid. nunc ſecum ſine proverbiis profitentur locutum.

Exhibent aliquot Mſs. cum Bad. & Er. nunc primum cœperunt advertere, cum illum ſine proverbiis profitentur eſſe locutum.

pag. 168. publica conſcientia.

Id eſt: Cujus etiam Vulgus conſcium eſt. *Sic lib.* 2: *ad Conſtant.* §. 10. „Locuturus tecum ſum ſub publica conſcientia.“ *Et lib. contra Conſtant.* §. 2. „Timentes publicæ conſcientiæ.“

ibid. ex confeſſo honore laus.

Eſt in exempl. Mart. ex confeſſione honor & laus.

pag. 169. poſt tertiam tentationis purgationem infirmitatum.

Duo Mſs. Vat. exhibent: poſt tertiam purgationem tentationis infirmitatis. *Vet. Colb. & Germ.* poſt tertiam tentationis purgationum infirmitatum *queis conſentiunt alius Colb. Prat. Vind. Silv. cum edd. Bad. & Er., præterquam quod legant,* infirmita-

tem. *His accedit antiquior Remig.* poſt tertiam tentationis purgationis infirmitatem. *Carn. Tell. Theod. & alius Remig. habent:* poſt tertiam tentationis purgationem *Mſſ. Mart.* 1. *Sorb. & Colb.* poſt tertiam tentationis infirmitatem *reſcribunt.*

Noſtra lectio eſt ex Mſ. Corb. faventibus aliis; Cujus ſenſus eſt: Petrum poſt tertiam interrogationem; ac veluti tentationem, qua ipſius caritas probabatur, purgatum eſſe a trina negatione, qua tentata, ac probata prius fuerat ejus infirmitas.

Illuſtratur hicce locus verbis Ambroſ. lib 5. de fide §. 2: „Eſt Petrus ipſius Domini ad paſcendum gregem electus judicio, qui tertio meretur: Paſce &c. Paſcendo bene cibo fidei culpam lapſus prioris abolevit: & ideo tertio admonetur, ut paſcat; tertio utrum Dominum diligat, interrogatur; ut quem tertio ante crucem negaverat, tertio fateretur.“

. 170. quam vim affers ditis glorioſis? filium Dei.

Mſ. Vat. baſ. in gloria enim filium *Mart.* glorioſus enim filium &c.

'. propitius tibi Domine.

Ita cod. baſ. Vat. juxta græcum, ἱλεως σοι Κυριε. *Favent Mſſ. Mart. Remig. & Theod.* Propitius tibi eſto Domine.

In aliis libris: propitius tibi Dominus, *infra c.* 16. *in Matth.* §. 9. *legitur cum Vulg.* Abſit a te Domine.

'. vade retro poſt me.

Deſideratur, poſt me *in Mſ. Mart.*

pag. 171. nec Eccleſia ſit illa, nec Chriſti.
Ita magno conſenſu plurima pars ſcriptorum. Edd. præter Bad. nec Eccleſia ſit ulla. *Tum etiam Bad.* nec Chriſtus. 3. *Mſs.* nec eccleſiæ.

ibid. dum non, neque non mori dicitur.
Hoc eſt: neque moriturus, neque non moriturus dicitur.

ibid. ex nomine filii.
Vocem filii, *excepto unico S. Mart. Turon. cod. reliqui Mſs. non referunt.*

ibid. ita ut filium.
Particula ita, *licet abundare videatur, ex fide veterum librorum retenta.*

pag. 172. ſcribens utique Evangelia.
Edd. Evangeliſta.

ibid. ſi vero Chriſtum credere.
Addunt 7 Mſs. non ſufficit.

pag. 173. quid ſit hic doctor.
In Vulg. eſt: quis *minus bene. Per errorem typogr. etiam in textu noſtro ſic legitur.*

ibid. hic eſt verus.
Auctoritate veterum Mſs. hic remota eſt vox, Deus, *quam nec priores Fauſtini editiones, & poſtremæ, nonniſi ex conjectura admiſerunt.*
Poſt reſurrectio noſtra, addit Fauſtinus: In ipſo: *Ceterum totidem Hil. verbis hunc locum deſcribit; quamvis hæc,* & reſurrectio noſtra, *ac ſuperiora,* & concarnatus eſt propter nos & paſſus eſt, & reſurgens de mortuis aſſumſit nos; *modo non extent in textu, tum græco, tum latino.*

pag. 175. Nam quod filius ejus eſt.
Ita Par. ed. cum antiquioribus Mſs. Plures alii, quos Bad. Er. & Lipſ. ſequuntur: Quam quod.

pag. 176. per translatorum ſimplicem intelligentiam.
Mſs. Mart. per latinorum.

ibid. quia ita credimus.
Legunt Bad. Er. & Lipſ. cum nonnullis Mſs. qua ita.

pag. 177. at illa.	*Habent Mſs. Colb. & Germ.* ad illa.
pag. 178. dum naturam confitentur.	*Addunt Mſs. Vat. baſ. & Mart.* Dei.
ibid. unde tibi — — nomen creaturæ, & indulgentia adoptionis.	*Habent edd. haud ſuffragantibus Mſs.* Unde — — præſumis nomen creaturæ, & indulgentiam adoptionis.

LIBER VII.

Pag. 182. conſciæ infirmitatis noſtræ trepidatione.	*Habet Mſs.* 1. *Colb.* conſcii: *alii nonnulli:* conſcientiæ infirmitate noſtræ, & trepidatione. *Noſtram lectionem caſtigatiores Mſs. exprimunt. Eadem loquendi ratio, in Pſ.* 68. §. 10. *recurrit:* conſciæ in ſe ſalutis fiducia.
ibid. per ſpeciem editæ rationis.	*Habet exemplum Mart.* meditatæ rationis.
pag. 183. fidei conſervata perfectio eſt.	*Idem cum Mſ. baſ. Vat.* conſummata.
pag. 184. anguſtiis decedere.	*Ita potiores Mſs. Bad. & Er. cum quibusdam codd.* decidere. *Lipſ. & Par.* in anguſtiis decidere.
ibid. quod eſt.	*Scripſit Lipſ. poſt Er.* qui eſt. *rec. Mſ.* qui &. *Photini autem nomine hoc loco Hilarius Hebionem adpellat, quia hujus hæreſin ille inſtauraverat; proinde, quod libro* 1. *verſus Hebionem ſibi propoſuerat, nunc eadem opera & contra Photinum, recens ſibi cognitum, perficere poterat, adverſarii erroris confellendi negotium.* *Hinc etiam ſatis probabile eſſe librum primum ordine ſcriptionis hunc VII. præce-*

	dere: obſervatum eſt ſupra in præfatione generali Tom. I. pag XXXV.
pag. 184. multos ad unius Dei profeſſionem Galatia nutrivit.	*Scil. Marcelli, Anegræ in Galatia epiſcopi ſectatores: de quo hæc Hil. dicta intelligit Hieron. de ſcript. eccleſ. in Marcello:* „Sed & Hilarius, *ait*, ſeptimo adverſum Arianos libro, nominis ejus, quaſi hæretici meminit.“
ibid. male in totum pene orbem, quos negat, duos Deos Alexandria protulit.	*Ario nempe auctore, qui cum Patrem & filium, utrumque diverſæ ſubſtantiæ Deum aſſereret, quos verbis negavit, operæ confeſſus eſt, duos Deos.* „Ubi aiſti, a vobis unum Deum coli: conſequens eſt, inquam, ut aut non colatis Chriſtum; aut non unum Deum colatis, ſed Duos.“ *Auguſt. contra Maximinum l.* I. *c.* I.
ibid. peſtifere natum ex Maria Jeſum Chriſtum, Panonia prædicat.	*Photino, Syrmienſi epiſcopo inducta, qui ſolam Chriſti temporariam nativitatem admittebat.*
pag. 184. unum negare.	*Legit Par. cum pluribus Mſs.* unum non negare *ceteri:* unum Deum negare.
pag. 186. dum naturæ virtutem — Dei eſſe non ambigit.	*Habet Bad. & Er. cum Corb. eod. aliisque paucis:* per naturæ virtutem — *deinde Lipſ. & Par.* Dei eſſe non ambigit.
pag. 187. naturæ facient deminutionem.	*Præfert. Mſ. Vat. baſ.* demutationem.
ibid. in geſtis.	*Mſ. Mart.* ingeniti.
ibid. iſte unum Deum negabit.	*Habet idem:* Unum negabit. *Exemplar. Vat. baſ.* Unum non negabit; *cui favent, quæ paulo ante dicta ſunt:* Unum

Deum novella hæc nunc hæreſis non negabit.

. 187. ex ſacramento fidei ilium Dei. *Exprimit idem Mſ.* ad ſacramentum : *dein omittit cum Mart.* Dei.

. 188. Ariomanitis. *Quaſi Martio furore abreptis. Hoc cognomine Vulgo Ariani vocati ſunt ab Athanaſio, Phœbadio Agennenſi, Greg. Naz. &c. propter affinitatem vocis græcæ* Ἄρης, *cum nomine Aris : Unde in epiſt. Conſtant. Tom. 2. Conc.* „Age ſane, Mars Ari, clypeis utendum eſt.“ *Ac deinde in proceſſu ſermonis dicitur :* „ἀποδείξω τὴν Ἄρειον μανίαν.“

d. defendentis & damnantis. *Ita Mſs. Mart. Corb. Faur. Ceteri plerique Mſs. & edd.* defendentes & damnantes. Religioſe, *quod additur, ac rectæ fidei tantum; non hæreſi convenit, lectionem noſtram præ alia, licet plurium commendat.*

. blasphemis profeſſionibus. *Vet. Colb.* blasphemiæ profeſſionibus.

d. indiſſimili genere divinitatis. *Legitur apud Bad.* in diſſimili, *in aliquot Mſs.* in indiſſimili.

. 189. nihil puto ambiguitatis. *Supple :* eſſe : *Edd. adjiciunt :* remanſiſſe.

d. eum dicitur, Pharaoni. *Vulg. ut paulo ante :* Deum Pharaonis. *Vox* Deum, *non repetitur in Mſs. quorum in vetuſtioribus habetur,* Pharao, *juxta Græcum :* Θεὸν Φαραώ.

Quod Hilarius hic ex nomine Dei ſimpliciter & abſolute dato, conficit argumentum, fuſe perſequitur Ire-

næus l. 3. c. 6. ubi inter alia hæc habet: „Neque igitur Dominus, neque Spiritus S. neque Apoſtoli eum qui non eſſet Deus definitive & abſolute Deum nominaſſent aliquando, niſi eſſet verus Deus.“ *Et poſt pauca:* „Cum autem eos, qui non ſunt dii, nominat, non in totum, quemadmodum prædixi, ſcriptura oſtendit illos Deos; ſed cum aliquo additamento & ſignificatione, per quam oſtenduntur non eſſe Dii.“

pag. 190. in Pharaonem. — *Mſſ.* in Pharaone *Iren. l. 3. c. 6. Vertit*: ante Pharaonem.

ibid. diviſionis in filio. — *In Mſſ. Corb.* natura diviſionis. *In 1. Vat. & Mart.* in natura diviſionis. *Apud Bad. & Er.* Dei naturam diviſam eſſe aſſerimus in filio. *Omnia gloſſemata.*

Excluditur hic ea ſententia, cujus invidiam in Catholicos conjicere moliebantur Ariani ſupra l. 4. §. 4. Quod ex diviſione paternæ ſubſtantiæ eſſe filius exiſtimetur.

pag. 191. res ſignificata ſubſtantiæ eſt. — *Initio hujus §.* Verbi res enuntiatur in nomine.

Unus e codd. Colb. exprimit: res ſignificata ſubſtantia eſt. *Corb.* rei ſignificata ſubſtantia eſt. *Vind. nec non edd. Bad. & Er.* res ſignificata a ſubſtantia eſt.

pag. 192. Deus meus. — *Addit antiquus cod. Colb. cum Germ.* es tu.

pag. 193. Dei filio nomen. — *Adjiciunt rec. Mſſ.* verum nomen.

pag. 193. novum aliquid in ſe, & ita ſit. — *Melius forte legeretur:* ut ita. *Eraſmus pro* in ſe, *malebat,* inſit. *Lipſ. deinde legit:* & quod ita. *In vetuſtiore Mſ. Remig. omittitur:* aliquid in ſe: *In Mſ. Vat. baſ. extat:* aliquid præter iſta ſit generis.

pag. 194. nec profecit. — *Bad. Er. & Lipſ.* nec quod Deus eſt, proficit: *Quod etiam in poſtrema editione Par. repoſitum eſt.*

pag. 195. didiciſſemus. — *Sic ed. Par. cum præſtantioribus Mſs. Bad. & Er. cum aliis:* docuimus.

pag. 199. nec tamen differens. — *In Mſs.* nec tamen indifferens. *Sincerius forte, per helleniſmum Hil. uſitatum. Ita libro de Syn. §. 72. legimus:* per ſimilitudinem non indifferentis eſſentiæ; *pro,* per ſimilitudinem non differentis. *Alia hujusmodi exempla in eodem libro, & alibi reperire eſt.*

ibid. utriusque autem natura non differret operandi. — *Mart. Mſ.* utriusque enim natura non differret opera. *Lipſ. & Par.* — non differt operando.

pag. 200. ne uterque ſit. — *Id eſt: proprium exiſtendi modum habeat.*

ibid. Conſciæ in ſe naturæ ſignificatur agnitio. — *Ita mox ſeq.* 1. Conſciæ poteſtatis hæc vox eſt. *Et initio hujus libri.* Conſciæ infirmitatis, *item in Pſ.* 68. §. 15. Conſciæ in ſe ſalutis. *Bad. legit:* Conſcientia. *Lipſ. & Par.* conſcia *in Mſ. Carn. eſt:* conſcientiæ.

ibid. Adſit — teſtimonium. — *Sic lib.* 2. §. 15. *poſt expoſita Joan. verba, ad cetera fit tranſitio:* Conſequentia ſibi adſint. *Vulg. habent* adſciſcit.

pag. 201. & qui accepit, eſt in eo quod accepit naſcendo, non poſtea, & tamen ex alio eſt, cum accepit.

Illuſtrant hunc locum ſupra dicta l. 2. §. 20. „Qui vita erat non poſtea quam eſt natus effectus eſt vita; non enim in eo aliud eſt, quod natum eſt, & aliud eſt, quod natus accepit.“ *Et paulo poſt:* „Deus qui a Deo natus eſt, non poſtea quam natus eſt, ſed naſcendo Deus extitit.“

pag. 203. quia non ex Deo nativitate ſubſiſtat.

Habent edd. cum aliquot Mſſ. ex Dei nativitate. *Mart. cod.* ex Deo Dei nativitate.

ibid. ex incorporali Deo non admitto nativitatem naturæ.

Conf. epiſt. Arianorum ad Alexandrum l. 4. §. 13. & l. 6. §. 6. relatam.

pag. 204 Pater in me, & ego in eo.

Ita Mſſ. juxta græcum. Edd. cum Vulg. Pater in me eſt, & ego in Patre.

Idem locus præterea ter hoc libro repetitur. Ac primo quidem loco rurſum Mſſ. cum græco conſentiunt; edd. cum Vulg. ſecundo & Mſſ. & edd. cum græco: poſtremo utrique cum Vulg.

ibid. qui factus eſt.

To ei, quod adduut Vulg. abeſſe jubent Mſſ. Colb. Germ. & Mart. conſentientibus textu græco, Irenæo l. 3. c. 32. & Tert. adverſus Praxeam §. 27.

Ex eorundem fide Mſſ. legimus, deſtinatus, *græce* τον ωρισθεντος, *pro quo Vulg. habent:* prædeſtinatus. *Eandem lectionem latine præ ſe fert cod. Corb. ab annis ſaltem mille exaratus, qui epiſtolas Pauli græce & latine complectitur: in græco tamen conſentit cum vulgatis exemplaribus græcis.*

pag. 206. non impie.

Magis Eraſmo placuit; non im-

proprie: *quod & poſtea Lipſ. & Par. arripuere, refragrantibus Bad. & Mſs.*

bid. fides nominis. *Habent fere omnes Mſs. exceptis optimo Colb. & Germ.* fides nobis.

ag. 207. ex qua manet. *Verbum* manere *familiare eſſe Hil. pro* extare; *ſupra obſervavimus, & patet ex l. 6. §. 13. & lib. de Syn. §§. 35. & 41. &c. Sæpius utitur hocce verbo ad ſignificandam filii nativitatem, initii aut diviſionis expertem: ſic §. 31. hujus libri.* „Deus, *ait*, ex Deo manens, non eſt aliunde.“ *l. 8. §. 53.* „Chriſtus non de non ſubſtantibus manet.“ *& l. 6. §. 19.* „Quem in te manentis ex te nativitatis natura retineret.“ *& §. 35. ejusdem libri:* „Non ut eſſet, cœpit ex nihilo, ſed exiit a manente.“

g. 209. quod incomparabile Dei eſt, comparatione ex parte cognoſcimus. Incomparabile, *deſideratur apud Bad. & Er. Deinde apud Lipſ. Par. & in pleriſque Mſs. legitur:* ex comparationum parte cognoſcimus. *melius in cod. Mart.* ex comparatione partem cognoſcimus. *Noſtra lectio eſt ex Mſs. Vat. baſ. & ex aliis 2. Vat. queis conſentiunt Bad. & Er.*

id. defectio. Et. mox: ſine deſectione. *Utrinque legunt edd.* defectio, & defectione.

Huc ſpectat, quod Tatianus contra græcos ait: „Natus eſt autem participatione, non abſciſſione. Quod enim abſcinditur, a primo ſeparatur; quod vero communicatur id functione donatum

propria, nihil imminuit illam, a quo vim ſuam ſumſit. Quemadmodum enim ab una face aliæ multæ accenduntur, nec tamen primæ facis lux imminuitur propter plures inde accenſas: ſic etiam verbum e Patris virtute progreſſum: non reliquit genitorem verbi expertem.“

Tatiano præiverat Juſtinus contra Tryphonem docens filium ex Patre genitum: „Non per abſciſſionem, tanquam diſpertita eſſet Patris ſubſtantia; prout alia omnia diviſa & ſecta non eadem ſunt, quæ ante fuerunt, quam ſcinderentur. Atque exempli gratia illud ſumſi; quod ex igne ignes alios accenſos videmus, illo nihil diminuto, ſed eodem manente; unde multi accendi poſſunt ignes.“ *reſpicit hic ad ea, quæ in eodem dialogo præmiſerat his verbis:* „Quemadmodum in igne videmus alium fieri, non de creſcente illo, unde facta eſt alterius accenſio; ſed in eodem ſtatu permanet, & qui ex ipſo accenditur, etiam ipſe eſſe apparet, non imminuens illum, unde eſt accenſus.“

Patet hinc, cur catholici filium dixerint: lumen de lumine.

pag. 210. natura vel exterior, vel diſſimilis.

Habet optimus cod. Colb. cum Germ. naturæ vel exterioris vel diſſimilis.

ibid. per viventis naturæ perfectam nativitatem.

„Non utique, *inquit Fauſtinus loco ſupra nominato*, per

quandam paſſivam confuſionem; ſed quia conſequens eſt, ut ubi Pater eſt, illic eſſe cognoſcatur & filius; & ubi filius eſt, illic etiam Patrem exſtare cognoſcas.“

§. 210. connumerabis. *Ita* §. 13. *hujus libri.* „non duos Deos connumerat nomen unum.“ *Mſs. Mart. habet:* connumerabiles *ceteri* connominabis; *vel* cognominabis.

§. 211. in natura & nomine maneat unius. *Lipſ. & Par. cum Mſ. Mart.* in naturæ nomine maneat unius.

§. 212. amodo ſcietis cum. *Referunt antiquiores Mſs. hic & infra* §. 34. *conſentiente græco:* ſcitis.

§. 213 cognoſcendum Patrem. *Exemplar. Carn.* cognitum.

d. cum vidiſſe, cognitio ſit. *Idem argumentum Fauſtinus ad Hilar. initationem c.* 1. ita perſequitur: „Non qui corporis oculis, in corpore vidiſſet Jeſum, vidiſſe Patrem refertur; alioquin abſurda eſſet increpatio Domini ad Philippum &c. Quid ergo eſt: qui me vidit, vidit & Patrem? Intende cordis aciem, & vide ſecundum fidei ſpiritalis obtutus, Chriſtum filium Dei non creaturam eſſe, ſed creatorem — — & per omnia talem qualis eſt Pater, qui eum genuit: & ita videns filium, Patrem quoque te vidiſſe non dubium eſt.“

Brevius Tertull. adverſus Praxeam §. 24.: „Pater in filio non viſu, ſed ſenſu videbatur.

pag. 214. inintellecta. *Id eſt*, res non intellectas demutatione vini gerere.

Lud. Mirœus poſt Eraſmum conjectat legendum eſſe: Inintellectam demutationem vini incrementaque panum congeſtorum.

De iisdem geſtis l. 3. §. 18. *ait:* „Res cernitur, & neſcitur; fit, & non intelligitur; ratio non apprehenditur, & effectus ingeritur.“ *Et* §. 20. „Dicamus factum non fuiſſe, quia intelligentiam facti non apprehendimus —— ſed mendacium noſtrum facti fides vincit.“

ibid. quod in ſacramento nativitatis humanæ geſſiſſe hæc. *In Mſ. Vat. baſ. legitur:* geſſerit. *In edd. male:* geſſiſſet hæc. In homine &c. *Quanquam non diſpliceret, inquiunt editores Maur.* Quod cum in ſacramento nativitatis humanæ geſſiſſet hæc &c.

pag. 215. ut forma ipſe, & imago inviſibilis. *Apud Lipſ. & Par. deſideratur vox*, ipſe: *pro qua apud Bad. & Er. & in* 2. *Mſs. extat:* ipſa. *Mox in edd.* amittat; *non ut in Mſs.* amittit.

pag. 217. nativitati unigeniti acquirens. *In uno eod. Colb. legitur:* per nativitatem *in alio Sorb.* nativitate.

pag. 219. ſpiritalis virtutis. *Habent edd. Bad. & Er.* ſpecialis.

ibid. ſecundum generationem & nativitatem ſubſiſtentis. Utriusque, *intellige.*

LIBER VIII.

Pag. 221. conſummatarum. *Bad. & Er. cum quibusdam codd. legunt:* conſummandarum.

pag. 222. intelligentiæ ſuæ luem. — *Pro eo, quod Mſs. habent,* luem, *apud eosdem poſitum erat:* virus.

ibid. Sanitatem pervaſæ mentis inficiens. — *In Mſs. Colb ac Mart. & ed. Bad.* perſuaſæ *legitur.*

ibid. obtinentem. — *Eſt in Vulg.* obnitentem: *Quibus refragantur vetuſtiſſimi; codd. baſ. Vat. Colb. Carn. & Corb. cf. libr.* 12. §. 20.

pag. 223. ſinceritas veritatis. — *Er. Lipſ. & Par.* ſanitas veritatis.

pag. 224. vincant eſſe irreligioſi. — *Id eſt,* vincant ſtudio impietatis.
Ad marginem Vet. cod. Colb. & unius Sorb. legitur: vindicantes ſe irreligioſi.

ibid. aptamus. — *Quidam probæ notæ Mſs.* optamus.

pag. 225. tum id aptant, quod. — *Ita cum cod. Vat. baſ. exhibent* 2. *Colb. &* 1. *Sorb. Vulg. cum pluribus Mſs. omittunt.*
Probabilis eſt conjectura eorum, qui hic captant, *reſcribere malunt; ſcilicet eo ſenſu, quo Ambroſ. ep. nunc* 25. §. 4. *ad ſtudium ſcripſit:* „Cum adulteram reperiſſent Judæi, obtulerunt eam ſalvatori, captantes, ut ſi abſolveret eam, videretur legem ſolvere.“

pag. 226. anima & cor unum. — *Sic Mſs. potiores conſtanter juxta græcum. At edd.* anima una. *Et mox* animam unam per convenientiam.

pag. 227. ut omnes unum ſint. — *Mſs. baſ. Vat.* addit: in me unum: *deinde Bad. & Er.* ut & ipſi unum ſint.

ibid. unam ſpem. — *Adjiciunt aliquot Mſs.* & unum Spiritum.

ibid. omnes enim renati. — *Antiquus cod. Colb.* Nati.

pag. 228. qui unum ſunt. — *In Mſs. Vat. baſ. & Mart. additur:* ut diximus.

pag. 229. impiæ intelligentiæ crimen.

Eorum eſt, qui ſimplicem rei credendæ intelligentiam corrumpunt, falſam ei nequiter ſubſtituentes.

Tum ſpem ſimplicem, *id eſt ſpem fidei ſimplicis, & ſcientia deſtitutæ: de qua in Pſ.* 118. *lit.* 10 §. 12. „Plus eſt autem neſcio quid in cognitione, quam in fide, operis: quia fides habet obedientiæ meritum; non habet autem cognitæ veritatis fiduciam —— qui credit, poteſt ignorare, quod credit: qui autem jam cognovit, adepta cognitione non credere.“

ibid. ut unum per concordiam ſimus omnes.

Hoc argumentum ad verba Chriſti. Ego & Pater unum ſumus, *adcommodans Fauſtinus, c.* 1. Copioſe ac ſubtiliter perſequitur: „Qui, *inquit*, linguæ ſermonem dedit, neſciit loqui, & ignoravit illum ſenſum veſtrum propriis & competentibus ſermonibus explicare, & inefficax fuit dicere: Ego & Pater unum volumus? ſi tamen hoc in loco unitatem voluntatis, & non Deitatis ac ſubſtantiæ volebat intelligi.“

Et poſt pauca: „Vos quaſi grammatici velut inefficaciam dominicae pronuntiationis ſuppoſiti verbi demutatione ſupplentes emendatis, & dicitis, hoc quod ait: *ſumus, volumus*, intelligendum eſt.“ *Obſervat deinde hæreticos pugnantia loqui, dum Chriſto*

alias denegent voluntatis concordiam, quia dixerit: „Descendi de cœlo, non ut faciam voluntatem meam, sed ejus qui misit me Patris.“ *Ex quo subjicit:* „Quomodo interpretaris, quod Pater & filius unum sint voluntate, cum Patris & filii secundum te sint diversæ voluntates?“ &c.

229. ùt & ipsi sint in nobis. — *Ita constanter Mss. Excusi hic & deinceps addunt:* Unum sint.

230. ita per hujus unitatis formam. — *De hac ipsa unitatis forma Augustinus Coll. cum Maximino* §. 14. „Non dixit, ut ipsi & nos unum; sed ut ipsi sint unum in natura sua, & in substantia sua concordi æqualitate quodam modo uniti atque conflati sicut Pater, & Filius & Spiritus S. unum propter individuam eandemque naturam.“

Et libro 1. *contra eundem cap.* 12. „Cum ergo toties dixerit, ut sint unum; non tamen alicubi dixit, ut ipsi & nos simus unum, hoc est, ut nobiscum sint unum; sed aut in nobis dixit, aut sicut nos, id est, ipsi secundum naturam suam nos secundum nostram. Volebat enim eos, qui natura unum erant, in hoc ipso quod unum erant, esse perfectos — — quod nisi in ipso simus, omnino esse non possumus.“

Ad recte intelligendum istud, de Unitate hominum cum Christo & Patre argumentum,

quod deinceps Hil. fuſe in hoc libro perſequitur, juverit præ oculis habere, quæ deſuper in ſummaria criſi in ejus ſcripta præfati ſumus, Tom. II. præf. pag. XXXIII. ſeqq.

pag. 230. Honorem dedit, —— non utique voluntatem: quæ ſi data eſſet; non haberet fides præmium &c.

Ne ſecum ipſo pugnare Hilarium credas, quod datam hic fidem neget; eandem tamen infra §. 30. inter Dei dona recenſeat: advertendum, id tantum hoc loco velle fidem nobis affixae voluntatis neceſſitate non inferri, ſed libera nos voluntate credere; velut apertius declarat in Pſ. 65. §. 24. his verbis. „Fides animæ & cordis officium eſt, resque hæc voluntatis internæ.“ *Cui conſentiens Auguſt. quamvis ep. 194. ad Sixtum §. 9. fidem gratuitum Dei donum eſſe, plurimis demonſtret & Vitalem aliter ſentientem corripiat ep. 2. 17. §. 29; in eadem tamen ad Vitalem epiſtola §. 16. libenter fatetur.* „Scimus eos, qui corde proprio credunt in Dominum, ſua id facere voluntate, & libero arbitrio.“ *Et libr. de ſpiritu & lit. c. 31. fidem, ait eſſe in poteſtate, ſed poteſtatem non eſſe niſi a Deo; adeoque l. 1. Retract. §. 3. docet voluntatem a Deo quidem eſſe* „quia præparat voluntatem“ *a nobis vero;* „quia non fit, niſi volentibus nobis.“ Cur autem, *ait ep. 194. §. 10.* ille credat, ille non credat, cum ambo idem audiunt; & ſi miraculum in eorum conſpectu

fiat, ambo idem vident: altitudo eſt divitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei.“

Minus enucleate, quid a Deo, quid a nobis ſit, diſtinguens Hilarius, ſed unam adtendens voluntatis libertatem, voluntatem eatenus dari negat, quatenus hoc neceſſitatem ſonat affixæ voluntatis.

231. per violentam atque imprudentem rationem.

Habent nonnulli codd. per violentiam, atque imprudentem.

232. impiæ intelligentiæ torquenda perverſitas eſt.

Adſcripſit hic, qui exemplar Carn. emendavit, ad marginem: „Per totum hoc capitulum corporis & ſanguinis dominici veritatem exſequitur.“ *Atque ex hujus ſecundæ manus ſcriptura, & ex antiquo cod. olim Floriacenſis, nunc Colbertinæ bibliothecæ not.* 1194. *qui in 7. prioribus libris ita ad fidem Carn. expreſſus eſt, ut omnes & ſolas lectiones referat in illo ſecundis curis adjectas: facile probatur, prædictum cod. ante annos plus quam ſeptingentos fuiſſe emendatum.*

. dum ſecum hoc.

Eſt in pluribus Mſs. ſecundum hoc.

233. Et ego vivo per Patrem; & qui manducaverit ıeam carnem, & ipſe vivet er me.

In cod. baſ. Vad. & ego vivo propter Patrem. *Deinde in Joan. exemplaribus græcis & latinis nunc circumfertur:* & qui manducat me; *quibus ſubjicitur in Mſs. Mart.* & ipſe vivet propter me.

236. a filio, & a Patre ittitur.

In Mſs. Vat. baſ. 1. *Sorb.* & 1. *Colb.* a filio accipiet, a Patre mittitur. *in Mart.* a filio accipiet, & a Patre mittitur. *in pluribus aliis.* a filio,

a Patre mittitur. *Reſpicit illud ſcripturæ:* quem mittam vobis a Patre.

pag. 236. a filio accipiet ille mittendus. — *Mſſ.* accipit.

ibid. ſiquidem Spiritus Dei. — *Libr.* 2. §. 29. *cum pluribus Mſſ. & omnibus edd. habetur:* ſi tamen.

ibid. per peccatum. — *Habet cod. Carn.* propter peccatum: *& mox.* propter juſtitiam.

pag. 237. non ambigue. — *Mſ. Vat. baſ.* nobis ambigue.

pag. 238. in carne nato. — *Ita legunt potiores Mſ alii*, incarnato. *Paulo ante Mſ. Vat. baſ.* manifeſtari videtur, *non* manifeſtatur. *Et poſt pauca:* conſummatam *loco* conſummat.

Huic loco lucem præſtat ſimilis l. 11. §. 18; *ubi prope idipſum aliis verbis ita enuntiatur:* „ Quemadmodum Spiritu Dei & virtute ſit unctus, non ambiguum eſt; tum cum adſcendente eo de Jordane vox Dei Patris audita eſt: Filius meus es tu; ego hodie genui te: ut per hoc teſtimonium ſanctificatæ in eo carnis, unctio Spiritalis virtutis intelligeretur.“ *Quo in loco* unctio ſpiritalis virtutis *appellatur, quod hic,* naturæ ſuæ communio.

pag. 239. cum per naturam rei, natura ipſa habitet in nobis. — *Ita auctoritate Mſſ. Vet. Colb. & Germ. ediderunt Maur. & Veron. edd. adjecta utrinque obſervatione, illud* per naturam rei, *inverſis vocabulis, ſcilicet* per naturæ rem *intelligendum eſſe, cui quidem ita lubenter ſubſcribimus, ut mallemus in ipſo textu reſcribere,*

loquendi formulam Hilarianam magis, & quæ ſenſum luculentiorem præbeat; ac proin etiam præter fidem Mſs. jam velut a priori commendetur.

Res *autem* naturæ divinæ *hic* Spiritum Dei *ſonat: Itaque Hil. hanc ſuam ſententiam alia phraſi ſic reddidiſſet:* „Cum per Spiritum Dei, Deus ipſe habitet in nobis.“

ag. 240. comitatu diverſitatum. *Mart. cod. præfert:* comitata diverſi.

Amplius neſcio quid, inquiunt Patres Maur. ed. habet comitatu diverſitatum; puta, an ratio ſimul veniendi ſita ſit in quodam diverſitatum congerie, an in unitate naturæ.

id. cum enim in anathemate ſint, qui ſervierunt creaturæ &c. *Simili ratione Ambroſius l.* 1. *de fide c.* 16. §. 104. „Ipſe Paulus, *ait*, creaturæ ſervire nos prohibet: quemadmodum ergo Chriſto ipſe ſerviret, ſi creaturam Chriſtum putaret?“

Ex quo concludit: „Aut igitur deſinant colere, quem creaturam appellant; aut deſinant dicere creaturam.“

Et c. 2. §. 69: „Si alienum putant Deum, cur adorant eum: cum ſcriptum ſit: Neque adorabis Deum alienum?

Idem argumentum adverſus Arianos conficiunt Athanaſius, Baſilius, Greg. Nyſſ.

ag. 241. ex communi genere potius, & familiari nomine. *Habent optimæ notæ Mſs. Carn. Germ. cum* 3. *Colb.* ex communi potius & familiari nomine. 1. *Sorb.* ex communi, generali potius &c. *Vat. baſ.*

& *Martin.* ex communione generis, & familiare nomine.

pag. 241. a Paulo diſce naturam. *Ita ſimplicius, & ſincerius ut videtur, Bad. cum meliori parte Mſs. quam ceteri in hoc loco Variantes: inter quos Er. & 1. Mſ. Vat. referunt:* a Paulo & Dei Spiritu in eo diſce naturam *Lipſ. & Par. nec non Mſs. Corb. & aliquot alii:* a Paulo & Dei & Spiritus in eo diſce naturam 3. *Corb. & 1. Sorb.* a Paulo Dei Spiritum, in eo, & Dei diſce naturam.

ibid. manifeſtatio Spiritus ad id quod utile eſt. *In Mſ. Carn.* Spiritus illuminatio ad utilitatem. *Ita quidem lib. 2. §. 34. exhibetur, conſentientibus ſcriptis ſimul & excuſis. At aliam hic lectionem ſequentia jubent.*

pag. fides in eodem Spiritu. *Sic legitur ſuffragante textu græco l. 2. §. 34; & hic in exemplari Carn. Martin. refert:* in uno Spiritu. *Alii autem:* in eundem Spiritum.

Poſt pauca rurſum Vulg. interpretatio ſermonum, *non* linguarum, *renitentibus Mſs. textu græco, & ſubjecta interpretatione.*

ibid. ſed expectate. *Ex conſenſu omnium Mſs. cui in tribus tantum proxime ſubjicitur:* inquit, *Edd.* expectarent. *Tum Lipſ. & Par.* quam audiſtis inquit *Mox in Colb. Carn. Mart. & Germ.* baptizabimini, *non* tingemini.

pag. 242. Dei eſſe virtus intelligatur. *In Vulg.* virtutis intelligamus. *Tum apud Bad. & Er.* Vel per prophetiam, ut per doctrinam intelligamus.

g. 242. utilitatis admirationes. *Vel* utilitates admirationis. *Ita Mſs. ſummo conſenſu: Quia nimirum utilitas modo non humano præſtita, admirationem excitat; ac Spiritus, cujus ſubſidio confertur, divinam virtutem palam declarat. Sic l. 7. §. 5. Sabellius Dei in Chriſto naturam* per geſtorum admirationem *agnoviſſe dicitur, & libro in Conſtantium §. 8. prædicantur* admirationum opera, *coram venerandis martyrum oſſibus conſpecta. Denique in Pſ. 91. §. 4. bis verbis,* „ut creatoris poteſtas per creaturæ admirationem poſſit intelligi" *hæc habentur ſynonima:* „ut per hanc conſpicabilium operum magnitudinem, virtus ejus, qui hæc operatus eſt, cognoſceretur." *Conf. l. 3. §§. 5. &c.*

d. Cœleſtium ſacramentorum myſterio. *In eod. Carn.* Cœleſtium myſteriorum ſacramento.

d. hæc diviſionum dona monſtraret. *Qui exemplar baſ. Vat. ſæculo ſexto contul t; e regione verbi,* monſtraret, *adjecit:* „Ne forte non per Chriſtum, & in Chriſto omnia crederentur." *Quod dein additamentum in Mart. & plur bus aliis Mſs. in quorum tribus* crearentur, *pro* crederentur, *ſubſtitutum eſt, obtinuit: quamvis manifeſte pugnet cum ſubſequentibus, ubi verba* per Spiritum, & in Spiritu, *non ad unum Chriſtum, ſed ad duas diſtinctas perſonas referuntur. Unde adparet, ſinceriores eſſe Mſs. Colb. Carn.*

& *Germ. a quibus verba prædicta abſunt.*

pag. 243. dividens unicuique, ſicut vult.

Exemplar Carn. dividens ſe unicuique, *favente græco:* διαιρουν ἰδια *vel* ἰδια ἑκαστῳ. *E quo Auguſtinus vertit epiſt.* 187. §. 20: dividens propria unicuique.

ibid. utrum per quem, aut in quo donorum diviſio eſt.

Ita reſtituram legimus ex Mſs. Colb. Carn. & Germ.

In aliis, nec non apud Bad. & Er. hic habetur: utrum Jeſus Chriſtus Deus Spiritus *Lipſ. deinde, & poſt eum Par. poſt vocem* Deus, *particulam,* an *interpoſuerunt. Poſtea omnes edd.* per quem & in quo.

ibid. ut Chriſtus operetur.

Reſponſio hic datur ad ſuperius quæſitum: quis Spiritus operetur.

Vetus cod. Colb. exprimit: ut Spiritus.

ibid. divinitatis Spiritus.

Sequimur præſtantiſſimorum codd. Colb. Germ. & Carn. auctoritatem.

Edd. exhibent, & divinitatis. *Mſs. Vat. baſ. & Mart.* & divinitatis Spiritus diviſionis *Alii duo:* & divinitatis Spiritus & diviſionis *Corb.* 3. *Vat. aliique plures:* & divinitatis Spiritum diviſionis Spiritus: *Si cui placet,* diviſionis *poſt vocem* Spiritus *adjicere; eo ſenſu licebit, ut* Spiritus diviſionis *idem ſit, quod Spiritus auctor donorum, miniſteriorum, operationum.*

pag. 244. dona genera linguarum, vel loquendi vel interpretandi.

Ita cum Bad. & Er. plures probæ notæ Mſs. ſenſus eſt: dona vel loquendi, vel interpretandi, genera linguarum.

Mſ. baſ. Vat. dona gentium. *aliquot alii, nec non Lipſ. & Par.* dona generum.

pag. 244. cum tamen & Dei dona ſint.

Adjiciunt edd. & plures Mſs. inoperantis Dei *quod rectius abeſſe videtur ab aliis; ſiquidem reſpiciatur illud Apoſtoli* 1. *Cor.* 12, 27. Et quosdam quidem poſuit Deus &c.

pag. 245. unus Deus & Pater omnium.

Excuſi hic addunt: qui ſuper omnia; *quæ verba non habentur infra initio libri* 9. *neque hic extant in Mſs. quorum in nonnullis pro*, & per omnes *legitur*, & ſuper omnes; *In Carn. autem*, qui ſuper omnes.

pag. 246. id quod unus eſt.

Hab. unus cod. Vat. quod unum. *Alius Sorb.* hic & infra: quod unius.

ibid. in Domini poteſtate.

Referunt Vulg. cum pluribus Mſs proprietate.

pag. 247. in Deo demonſtratur & Dominus.

Edd. excepto Bad. cum pleriſque Mſs. hic adjiciunt: ut *vel* & in uno Deo Patre unum ſignificaret & Dominum. *Quae verba hic male interjecta ſinceriores Mſs. Colb. Carn. & Germ. non habent, & infra juſto ſuo loco reponunt.*

ibid. uterque non unus ſit.

Eſt in Vulg. & pluribus Mſs. non unum ſint.

ibid. ex quibus Chriſtus.

Addunt Vat. baſ. & Martin. codd. ſecundum carnem.

ibid. a Patre Spiritus.

Itn melioris notæ Mſs. Bad. & Er. a Patre Spiritu. *Lipſ. & Par.* a Patris Spiritu.

ibid. Anne poſſit ſeparabilis a ſe naturæ & Spiritus intelligi.

Mſ. Corb. ab antiqua manu ſecunda, poſſint *deinde excuſi*: ſeparabilis a ſe natura & Spiritus. *In omnibus fere Mſs.* ſeparabili a ſe natura & Spi-

ritu, *quibus verbis Carn. præpoſitionem* in *præfixam habet.*

pag. 248. in efficientia. — *Habent edd.* in efficientiæ poteſtate *Mart. cod.* in efficientiæ poteſtatem.

ibid. inintelligentiam, & ininveſtigabilium &c. — *Primum legimus ex conſenſu Er. Lipſ. & Mſs. Corb. Alterum repoſuit Er. ſuffragante ſibi uno Mſs. Colb. pro eo in Mſs. & Bad. legebatur,* inveſtigabilium.

Per errorem typi, intelligentiam, *quod plurium Mſs. eſt, etiam in textu noſtro exprimitur.*

pag. 248-49. cum in miniſterio Domini, & in operatione Dei Spiritus unus operetur. — *Hanc lectionem præter edd. & aliquot Mſs. qui exhibent, confirmant dicta ſuperius* §. 31. „Apprehende ſi potes dominum; in diviſione miniſteriorum, & Deum in diviſione operationum, hunc eundem unum eſſe Spiritum, & inoperantem, & prout vult, dividentem.“

In 2 Mſs. Colb. 1. Remig. & Theod. legitur: cum in miniſterio Spiritus Domini, & in operatione Spiritus Dei Spiritus unus &c. *Hæc lectio ad limbum quoque Mſs. Corb. ab antiqua manu adſcripta, non diſplicet eo ſenſu, ut licet in miniſteriis dividendis Spiritus ſit Domini, & in largienda operatione Spiritus Dei; unus tamen Spiritus & operetur, & dividat.*

Vetuſtior Colb. Mart. Carn. aliique plures habent: cum in miniſterio Domini & in Spiritu Dei Spiritus unus: *Ex quibus apud Par. poſitum eſt:* cum in miniſterio Domini, &

in operatione Dei, & in Spiritu Dei Spiritus unus.

§. 250. ut credatis in eum. *Græce:* ἵνα πιστεύσητε. *Exprimit Mart. cod.* credatis eum. *alii:* ei. *infra autem omnes:* credere in eum.

§. 251. in vitam æternam. *Abeſt* æternam *a plerisque Mſs.*

d. per id enim, quod habet Pater, ipſum illum ſignificavit in habendo. *Senſus eſt:* ſignificavit *Chriſtus*, illum, *ſcil. Patrem*, ipſum eſſe in habendo, *ſeu non aliud eſſe, in aliquo quod habeat, quam quod eſt in ſe ipſo: vitam proinde, quam habeat Pater in ſe ſitam, ipſummet eſſe Patrem:* „Non enim aliud ſunt, *inquit ſupra* §. 24, quam quod eſt ipſe, quæ ſua ſunt.“ *Cum itaque filius eadem ratione, qua Pater, vitam in ſemet ipſo habere dicatur, unum pariter cum Patre Deum eſſe, poſtea non inepte concludit.*

§. 253. Chriſtus Spiritus. *Qualis nimirum fuit ante aſſumtum hominem, obponitur Chriſto homini facto. Ita l.* 3. § 19. *hæc quæſtio:* „quæris quomodo ſecundum Spiritum natus ſit filius?“ *aperte* obponitur illi: „quæris quomodo ſecundum hominem natus ſit?“

Sic Clemens Papa epiſt. 2. *c.* 9. *Tom. I. Conc.* „Jeſus Chriſtus, *inquit*, Dominus noſter, qui nos ſervavit, cum primum eſſet Spiritus, caro factus eſt.“

d. ſingularis Dei. *Habet Mſs. Carn.* ſolitarii.

§. 254. non erit inviſibilis Dei imago corporeus. *Ita meliores Mſs. quod confirmatur his libr.* 11. §. 5. „Incorporeus Pater eſt; ſi Filius ſecundum Spiritum circum-

ſcriptus eſt corpore, jam incorporei non eſt forma corporeus.“

In edd. eſt: imago corporea: *ac deinde apud Bad.* nec indefinite ſpecies definitæ moderatio *in aliis edd.* nec indefinitæ ſpeciei definita moderatio.

pag. 254. qui eſt imago Dei inviſibilis, primogenitus.

Antiquus cod. Colb. & Germ. omittunt priora verba: qui eſt imago Dei inviſibilis.

pag. 254-55. conſtituta ſunt.

Habet Mſ. Carn. & hic pro, conſtituta, *& mox pro* condita ſunt, *utrinque* creata ſunt. *Græce primo loco præfertur*, ἐκτίσθη; *altero*, ἔκτισται.

pag. 255. omnia ipſi conſtant.

Legunt edd. in ipſo, *favente textu græco*: ἐν αὐτῷ συνέστηκε.

ibid. omnem plenitudinem.

Adjicit Mſ. Carn. divinitatis, *cui favet illud lib.* 3. §. 15. „Quid filio deerat, in quo complacuerat omnem plenitudinem divinitatis habitare.“ *Eodem modo recurrit* §. 17. *ejusdem libri.*

ibid. non inviſibili qualitate.

Ita Par. ed. cum potioribus Mſſ. ſenſus eſt: *Inviſibilis illa imago intelligi non debet, ſita eſſe in inviſibili qualitate, ſed in ipſa ſubſtantia, ac natura Dei*; quia, *ut l.* 5. §. 3. *dicitur*, naturæ virtus præſtat, *ac probat* veritatem. *Nec dubium eſt imagini illi divinam ineſſe virtutem, cui omnia creandi poteſtas ab Apoſtolo adtribuitur.*

Pertinent huc illa Ambroſ. lib. 1. *de fide c.* 7. „Imago illa non vultus eſt corporalis, non fucis compoſita, non ceris; ſed ſimplex de Deo,

egreſſa de Patre, expreſſa de fonte.“ *Et poſt pauca:* „Imago iſta veritas eſt, imago iſta juſtitia eſt, imago iſta Dei virtus eſt; non muta, quia verbum eſt; non inſenſibilis, quia ſapientia eſt; non inanis, quia virtus eſt, non vacua, quia vita eſt“ &c.

. 255. reddidit Apoſtolus piritalibus ſacramentis corporeas operationes.

Hoc eſt, operationibus, quæ ſpiritalem ac divinam Chriſti naturam ſpectant, ſubjunxit quæ ad corpoream & humanam pertinent.

. 256. primogenitus — omnis creaturæ eſt, continens n ſe univerſitatis exordium.

Quod hic brevius, Fragm. 11. §. 30. *ſic clarius exponitur:* „Idcirco primogenitus omnis creaturæ, quia in eodem jam a principio omnium quæ effecturus erat, omnia generationum initia conſtituerunt.“

'. per ipſum in eum reconiliantur omnia, in quo &c.

Habent Vulg. & in eum: *quæ particula abeſt ab omnibus Mſs. in pluribus etiam deſideratur:* in eum. *Non male Colb. & Germ. legunt:* per ipſum eum: *poſtea iidem Mſs.* in eo *pro* in quo. *Tum edd.* per ipſum & in ipſo *ubi rurſum particulam* & Mſs. non agnoſcunt.

l. unitatis apprehende naturam.

Er. & Lipſ. virtutis 2 *Mſs.* nativitatis.

. 257. naturæ a ſe alienæ.

Referunt Bad. & Er. cum rec. Mſs. naturæ ſpecie a ſe alienæ.

. 258. nec cœpit ad origiem.

Alii: ab origine.

l. corporali modo Patrem n filio credis.

Ita potiores Mſs. præ ſe ferunt. Bad. & Er. recludis. *Lipſ. & Par. cum rec. Mſs.* claudis.

pag. 258. naturæ in eo Dei ex Deo ſignificat veritatem.

Divinitas in Chriſto corporaliter manens Hilario eſt ipſa natura Dei vere & ſubſtantialiter in eo ſubſiſtens. Ita Tertull. adverſus Praxeam §. 7. *ubi dixerat:* „Quis enim negabit Deum corpus eſſe, etſi Deus Spiritus eſt.“ *Corporis notionem hanc ſtatuit, corpus omne illud eſſe, quod non ſit ſine ſubſtantia, tum ſubjicit:* „Sed & inviſibilia illa quæcumque ſunt, habent apud Deum & ſuum corpus & ſuam formam, per quæ ſoli Deo viſibilia ſunt: quanto magis, quod ex ipſius ſubſtantia miſſum eſt, ſine ſubſtantia non erit?“

Eodem ſenſu libro de Carne Chriſti §. 11. „Omne quod eſt, corpus eſt ſui generis. Nihil eſt incorporale, niſi quod non eſt.“

Neque obſcurum eſt, corpus hic ab Hil. dici, quod plenum, quod verum ac ſubſtantiale eſt: Quo pertinet illud in Pſ. 131. §. 26. „Ceterum nunc perfecta exultatione exultantes, non ſpe, ſed virtute; non in imagine, ſed corpore.“

ibid. neque diverſum, aut differens aliquid in Deo eſt, quam id, quod corporaliter habitet &c.

Legunt Bad. & Er. Neque diverſum, aut diviſum, aut differens aliquid in Deo Deus eſt: *Ac deinde iidem cum aliis*: cum id quod eſt, corporaliter habitet.

pag. 259. aculeos excita.

Alii: exagita.

LIBER IX.

263. & virtus virtutem, poteſtas poteſtatem &c. — *Senſus eſt: Virtus filius habet in ſe virtutem, quæ Pater eſt:* „Non enim, *ut ait libro ſuperiore* §. 24, aliud ſunt in Deo, quæ ſua ſunt; quam quod eſt ipſe: & §. 26. „Res naturæ Filii eſt, ſed eadem res, & naturæ Patris eſt.“

ad veritatis excidium. — *Habet* 1 *Mſ. Vat.* ad veritatis diverſitatis excidium *alius.* Ad diverſitatis. *Ex Eraſmi conjectura Bad. reſcripſit:* ad adverſitatis.

265. promtior magis ſpei noſtræ, quam divini ſacramenti effectus eſt. — *Id eſt facilius capimus, hominem fore Deum, quæ eſt ſpes noſtra, quam Deum factum fuiſſe hominem, quod divinum ſacramentum.*

Ita S. Leo Serm. 4. in Nativ. Dom. c. 2: „Minus mirum eſt, *inquit*, hominem ad divina proficere, quam Deum ad humana deſcendere.“

Et Auguſtinus epiſt. nunc 140. §. 11: „Neque enim jam deſperandum eſt, participatione verbi poſſe homines fieri filios Dei, quando filius Dei participatione carnis factus eſt filius hominum.“

in conſtitutione vivendi. — *Habent Vet. Cod. Colb. cum Germ.* in conſuetudine vivendi.

imprudenter. — *In Mſſ. probæ notæ:* impudenter.

hoc non ſibi, ſed nobis ſacramentum. — *Conf.* §§. 48. & 49. *libri* 11.

pag. 266. de ſeipſo omnia eum locutum eſſe contendunt.

Arguit nempe hæreticos, quod quæ de homine adſumto Chriſtus loquatur, id de ſe ipſo, *hoc eſt, de ipſa ſua divinitate loquutum eſſe, velint.*

Simili loquendi modo Ambroſius lib. 10. *in Luc.* §. 61. *ait:* „Triſtis eſt autem non ipſe, ſed anima.“

Spectat huc etiam illud antiqui auctoris de fide orthodoxa c. 8. *apud Ambroſium:* „Homo ille paſſus eſt, quem filius Dei ſuſcepit, quem induit, quem portavit: ſed quia totum ad auctorem referebatur, quidquid homo ille patiebatur; ideo mors & paſſio Domini judicatur.“

ibid. neque cum homo &c.

Triplicem Hilar. in Chriſto ſtatum diſtinguit; primum, quo nondum ſuſceperat hominem; alterum, quo moriturum ſuſcepit, & tertium, quo non jam moriturum. In primo tantum Deus in ſecundo Deus & homo, in tertio demum totus Deus exiſtit. — Quo ſenſu, infra exponit.

pag. 267. non tamen omittens naturæ ſuæ eſſe, quod Deus eſt.

Exprimunt Mſſ. Colb. & Germ. non naturæ ſuæ. *Proba lectio eo ſenſu, quod Chriſtus, ut homo quæ infirmitatis humanæ ſunt, loquutus, non omiſerit indicare, hæc non naturæ ſuæ eſſe; quia nimirum ex natura ſua Deus eſt; homo autem ex diſpenſatione, uti inſinuatur l.* 10. §§. 22, 64. & 65.

Hinc eſt illud in Pſ. 139. §. 2: „Quod enim Deus eſt, naturæ ſuæ eſt; quod autem

homo fuit, naturæ noſtræ aſſumtio eſt " *Et in hoc ipſo libro* §. 9. „Demonſtrato autem & naturæ ſuæ, & aſſumtionis noſtræ ſacramento.

167. manſuro in æternum Deo homine. *Id eſt, quo homo maneret in æternum in Deo.* Quibus ſimilia ſunt hæc libri 11. §. 42: „Ipſo vero in Dei gloriam, id eſt in Deum omnia in omnibus ex ſubjectionis diſpenſatione manſuro." *Et paulo ante*: „Toto jam in Deum ex ea qua homo eſt, diſpenſatione manſuro."

Deo per carnem moriente. *Mſ. Carn.* in carne.

168. omnes nunc in Chri- corpore manent. *Perperam in aliquot Mſs. adjicitur:* repleti *Ratio quippe hic ſubjicitur, cur fideles in Chriſto ſint repleti Deo: quia nimirum manent in ipſius corpore, quod gloriæ jam particeps factum, Deo proinde plenum ſit. Manent porro in ejus corpore, quia, uti dicitur in Pſ.* 51. §. 16. „Chriſtus naturam in ſe univerſæ carnis aſſumſit." *Unde cap.* 4. *in Matth.* §. 12. *caro Chriſti civitas nuncupatur, in qua* quædam univerſi generis humani congregatio continetur: *adeoque ut ait Ambroſ. epiſt. nunc* 76. *ad Iren.* §. 8. „In illa carne Chriſti per conſortium ejusdem naturæ caro omnis humani generis honorata eſt." *Replebuntur autem in ſe ipſis, cum gloriæ ejusdem in propriis corporibus conſortes erunt.*

. transfigurabit. *Ita Bad. cum plerisque Mſs. Apud Er. Lipſ. & Par.* flecta-

pag. 297. & hic idem ipſe ſermo. — *Referunt 5 probæ notæ Mſs.* etſi hic idem &c.

ibid. nunquam niſi naturalia exæquantur in honore. — *Idipſum alio modo ſic enuntiatur, lib.* 12. §. 7: „Nunquam diverſitas rerum, niſi & in honore diverſo eſt; res enim eædem venerationis ejusdem ſunt.“ &c.

pag. 280. gloriam ſit Dei filio paritura. — *In libro de Unit. Patris & filii:* operatura. *In Mſs. Colb. Germ. Martin. & Corb.* paratura.

ibid. Deo per id Dei filio intelligendo. — *Duriorem hancce lectionem, quæ tamen vera eſt, ita planiorem efficies: Ex quo fit, ut Dei filius intelligendus ſit; neque ita Deus intelligendus, ut non etiam confitendus ſit Dei filius.*

In Vulg. loco per id, legitur: perinde *deinde in nonnullis codd.* in Dei filio. *At vero in baſ Vat. Mſs.* Deum per id in Dei filio intelligendo, neque ita Deum intelligendo, ut non etiam Dei filium confitendo.

pag. 281. pauperis Spiritus merces. — *Hab. aliquot Mſs.* pauperis Spiritu *alii* pauperibus Spiritu.

pag. 282. felici curſu, etſi ignoranti. — *Habent ſola Par ed.* fideli curſu. *Tum Mſ. baſ. Vat. & Martin.* etſi ignorata, *Omnino placeret cum Colb.* etſi ignorati, *dummodo hæc duo verba poſt* prælata dilectione Dei *exſtarent.*

Ignorans ille curſus, quia hominis ignorantis Deum, ſecundum illud lib. 3. §. 17: „Deum nemo noſcit, niſi confiteatur & Patrem, Patrem unigeniti filii, filium &c. *Illa enim Patris & filii cognitio conſummatum ſacramentum eſt, cujus igno-*

rantione detentus ſcriba modo di. ebatur.

§. 283. nec filio non perficiat. — *Habet Mſ. baſ. Vat.* proficiat.

d. unigenitus Deus Dominus. — *Eſt in eodem:* Domino.

§. 288. frequentat. — *Habet rec. cod. Colb. quem Bad. & Er. ſequuti ſunt:* frequenter aſſerit.

§. 289. ut eſſe credatur, & Chriſto &c. — *Hic locus ita ad fidem Mſs. reſtitutus, in quorum tribus deſideratur*, & Chriſto: *cujus emphatica hic repetitio eſt: ſcil. Tu hæretice, qui non vis, ut Chriſtum Deum eſſe credamus, quam ei naturam deputas? Ei inquam, qui vitam æternam tribuit &c.*

Bad. legit cum aliquot Mſs. ut cum credatur & Chriſto: *quorum loco Eraſm. perperam ſubſtituit*: ut cum creditur Deo Patri, credatur & Chriſto. *Lipſ. tandem de ſuo reſtituit:* cum eſſe credatur & Chriſtus.

§. 290. ei potius naturæ contumeliam — inveheret. — *Habent edd.* inferret: *quinque ex antiquioribus Mſs.* id potius — inhæreret; *unde non male Carn.* id potius naturæ contumelia inhæreret.

§. 291. naturæ ſibi novitatem Chriſtus homo natus intulerat. — *Præter fidem plurium Mſs. confirmatur hæc lectio ex* §. 14. *h. l. ubi dicitur:* „Qui cum ſe evacuaverit, ut manens Spiritus idem Chriſtus homo eſſet; in corpore demutatio habitus, & aſſumtio naturæ — *et naturæ novitas* — naturam manentis divinitatis non peremit.“ *Patet inde, quid ſibi velint*: non virtutis, naturæque damno: *ſed & infra* §.

§4. *non obſcure dicitur: quòd* nativitas hominis naturam novam intulit.

pag. 291. carnis aſſumtionem — Patris natura non ſenſerat.

„Ignorandum exiſtimas, *ait* §. 50, Patrem extra hanc humanarum paſſionum aſſumtionem —— ſine carnis ſuſceptione manſiſſe.“

ibid. amiſerat — ſecundum aſſumtum hominem unitatem.

In Mſ. Corb. ab antiqua manu, aliisque recentioribus præfertur: non amiſerat.

Novi hic dogmatis incuſat Hilarium, qui Mſ. Corb. ante annos circiter 800. *emendavit. Verum quam non ſit dignus tali cenſura, criſis ſummaria in ejusdem ſcripta demonſtrat V. Tom.* 3. *pag.* XIX. *ſeqq.*

pag. 292. glorifica me — antequam ſeculum eſſet.

Habet Carn. cod. clarifica me. *Tum Mſi. baſ. Vat.* antequam mundus eſſet.

ibid. ut maneret eſſe Dei forma.

Sic ſupra §. 14. „Non ut Chriſtus, qui in forma Dei erat, Chriſtus eſſe non maneat. *In Vulg. abeſt:* eſſe.

pag. 293. conſignata vox Domini.

Refert Par. ed. cum Vet. Mſ. Colb. conſi mata.

ibid. rebellamus.

Ita l. 2. *ad Conſtant.* §. 6. „Sub rejiciendis novitatibus, *ait*, novis ipſi ad Deum vocibus rebellamus.“

Bad. & Er cum 1 *Mſ. Vat. legunt:* falcimus, *idem habuit Corb. a prima manu. Par. cum Mſs. Colb. & Germ.* repugnamus.

pag. 294. Neque rurſum.

Helleniſmus eſt Hilario familiaris, pro, & rurſum.

ibid. invenio naturæ gloriam in gloriam naturæ naturam glorificantis aſſumi.

Hoc eſt: naturæ paternæ gloriam adſumi in gloriam naturæ filii, qui cum homo ſit, glorificatur; quatenus autem

Deus, ipſius gloria redundat in gloriam paternæ naturæ.

Si quæ porro in hac de Chriſti gloria quæſtione lucem deſiderare videbuntur, præſtabit criſis ſummaria in ſcripta Hil. loco mox citato.

§. 294. Deum in ſe ineſſe demonſtrat.

Habent Mſſ. Colb. Germ. Vind. & Remig. Deum in ſe, in ſeſe demonſtrat. *Unde probabilis eſt alterius Colb. & 1. Corb. lectio:* Deum in ſe: in ſe ineſſe demonſtrat.

§. 295. ante vacuitatis.

Id eſt, exinanitionis, diſpenſationem, *quæ ſupra* §. 14. *verbo* evacuandi, *& nomine* evacuationis; *& l.* 11. §. 48. vacuefaciendi *verbo*, *enumeratur.*

l. per formam ſervi & per naturam nativitatis unitus.

„Dum homo & Deus, jam Deus totum eſt, *ait, lib.* 11. §. 41. forma videlicet ſervili in gloriam ejus, cujus in forma ante manebat, proficiente, corruptionis ſcilicet natura per profectum incorruptionis abſorpta.“ *Cf. Pſ.* 138. §. 19.

§. 298. ab ſe non poteſt, niſi viderit.

Hilarii ad mentem Auguſtinus contra Serm. Arian. cap. 14: „Quod ait, ſe non poſſe, non deficientis eſt; ſed in eo, quod de Patre natus eſt, permanentis.“ *Et hoc ait, ut paulo ante habet idem Aug.* „Quia videt ex ipſo faciendi ſe habere potentiam, ex quo ſe videt exiſtendi habere naturam.“ *Unde concludit:* „Non deficienter non poteſt, ſed potenter.“

§. 302. cum autem unitas demonſtratur.

Habent Mſſ. baſ. Vat. & Martin. Auctoritatis unitas. *Sed*

lectio *Vulg.* *retinenda magno ceterorum codd. conſenſu*; Auctoritatis *namque vocabulo, Hilarius Patris & Filii diſtinctionem magis, quam unitatem ſignificare ſolet.*

pag. 303. erat enim naturæ proprietas.

Præfigunt eda. humanæ *Rectius* divinæ, *quæ vox etſi non expreſſa, intelligenda tamen eſt.*

ibid. ſed Dei forma jam non erat.

Rurſum hic edd. ſed non Dei forma, *legunt addita particula negante, contra fidem Mſs. & Hilarii ſententiam, qua pro more ſuo prædicat in Chriſto, diſpenſationis tempore Dei naturam integram permanſiſſe, ſed formam fuiſſe exinanitam. Ex quo liquet, formæ nomine aliud ab ipſa natura intellexiſſe, ſcil. habitum exteriorem, quem præ ſe tulit Chriſtus. Habitu autem non ut Deus, ſed ut homo inventus ab Apoſtolo prædicatur; Philip. 2, 7. Unde quum §. 38. doceat, Chriſtum in homine naſcendo novitatem ſibi intuliſſe* „non virtutis naturæque damno, ſed habitus demutatione“ *quumque infra §. 54. largiatur, quod* „nativitas hominis naturam novam intulerit, & humilitas formam demutarit ſub aſſumtione ſervili:“ *Satis indicat, promiſcua ſibi eſſe formæ & habitus vocabula, quibus ſane intellexit gloriam unigenito quidem congenitam, ſed quam carni aſſumtæ ad tempus negavit, atque eatenus amiſit,* „non conveniente ſibi formæ utrius-

que concurſu", *ut loquitur* §. 14.

Apertius in his §. 40, „Pater non eget gloria, nec ſe exinanierat de forma gloriæ ſuæ," *id ab eo* gloria, *quod hic* Dei forma *vocatur.*

§. 304. in ſe humilitatem terrenæ nativitatis manens ſibi Dei natura ſuſceperat.

Illuſtrat præſentem locum ſimilis libri 11, §. 48: „In forma, *inquit ibi*, Deus manens forma ſervi aſſumſit, non demutatus ſed ſeipſum exinaniens, & intra ſe latens, & intra ſuam ipſe vacuefactus poteſtatem:" *Et paucis interjectis*: „Quod autem ſe ipſum intra ſe vacuefaciens continuit, non detrimentum attulit poteſtati, cum ——— virtute omnis exinanitæ intra ſe uſus ſit poteſtatis."

l. vado & venio ad vos.

Adjiciunt hic Mſs. baſ. Vat. & Martin. & contriſtati eſtis, *quod neque in aliis exemplaribus extat, neque in ſacro textu græco vel latino.*

. 305. profeſſa auctoritate naturæ.

Id eſt, profeſſo auctore ac principio naturæ ſuæ; ut cum honore ac reverentia teſtetur honorem & gratiam nativitatis acceptæ.

Sic etiam Cyrillus in libro theſ. pag. 91: „Solius decori cauſa, *inquit*, ut filius majorem honorem Patri tribuit."

. 306. in formam ſuam generat, quem rurſum de forma ſervi in formam Dei renovat.

Generat *nempe in æternitate, glorioſam tribuendo naturam;* renovat *autem in tempore, aſſumto homini indulgendo divinam gloriam.*

. 307. ad unitatem palmitum.

Ita legimus cum potioribus Mſs.

velut infra habetur in Pſ. 51. §. 16, quem hic integrum conſuluiſſe juverit, „Naturam univerſæ carnis in ſe aſſumſit, per quam effectus vera vitis, genus in ſe univerſæ propaginis tenet.“

Tellerianus cod. exprimit: ad utilitatem *unus Colb. cum alio Sorb.* ad humilitatem.

pag. 308. intemporali infinitate &c.

Senſus eſt: Fides non ambigit, natum intemporali infirmitate, *quem ſcit,* natum ab æterno, nativitatem videlicet ex paterna nativitate ſumentem. „*Ut ait libro* 4. §. 6. *Eum etiam* ex ininitiabilis intelligentiæ nativitate *confitetur, utpote* initium nativitatis non apprehendens“ *velut proxime dicebatur. Clarius autem lib.* 12. §. 31. „Quia ſiquid de Filio mens retroacta ſcrutabitur, nihil aliud ſcrutantis ſenſui, quam natum eſſe, & ſemper eſſe, ſemper occurret.“

pag. 309. ſenſu communis judicii ſentiendum eſt.

Habet Mſ. baſ. Vat. ſenſum communis judicii interrogo, quid ſentiendum eſt. *Gloſſema ſubolet, ſicut & illud Martin. cod. in quo legitur:* interrogo an ſentiendum eſt.

ibid. & motum ad id, quod eſt, eritque.

Habent 2 *Mſſ. Colb. & Germ.* & ne motum. *Tum apud Bad.* ad id quod eſt exterior, eritque. *In uno cod. Vat. Tell. & Vind.* ad id quod eſt, exteriorque. *In Sorb. mendoſe legitur:* ad id quod eſt, exterioraque.

Hoc ipſum argumentum ſic paucis perſtringit, & expli-

cat Cyrillus in libro theſ. „Proprium eſt verbo, quatenus verbum eſt, noſſe eorum quæ ab ipſo condita ſunt, principia & fines. Unum vero eorum, quæ ab ipſo condita ſunt, eſt tempus: & qui tempus condidit; quamdiu duraturum ſit, novit.“

pag. 311. ex auctore. — *Habet unus e Mſs. Vat. cum Carn.* ex auctoritate, *id eſt*, principio: *quo ſenſu ſubin hanc vocem Hilarius uſurpare conſuevit.*

pag. 312. in agnitionem ſacramenti Dei Chriſti. — *Legunt Lipſ. & Par.* Dei Patris & Chriſti, *conſentientibus noſtris S. textus exemplaribus: Sed renitentibus Bad. Er. & Mſs. nec non ſubjecta verborum iſtorum expoſitione.*

ibid. quæ neſcit. — *Habet Mſ. Martin.* quæ ex ſe ſunt.

ibid. ſecundum clamorem eorum. — *Additur in* 1. *Mſ. Vat. Remig. & Theod.* ad me venientem. *Tum in ſolis Martin. & Vat. baſ. codd.* conſummabuntur.

pag. 314. per iniquitatem operationis. — *Habet Mſ. Vat.* per iniquitatis operationem. *Mox potiores* jurandi, *non* jurisjurandi.

ibid. qui nihil non neſcit. — *In Vulg. deſideratur particula,* non; quæ *exſtat in omnibus Mſs. quæque hic non negandi; ſed græcorum more Hilario familiari, amplius adfirmandi vim habet, quaſi* nihil prorſus neſcit.

pag. 315. interrogatio ignorantis ex homine eſt. — *Id ipſum, quod Hilarius hoc loco, variis modis inculcat Cyrillus libro theſauri:* „Ignorare ſe dicit, *ait ibi* p. 220. quatenus hominibus in quos

ignorantia cadit, ſimilis factus eſt.“ *Et paulo ante:* „Non quod ignoret verbum, quatenus verbum eſt, & ſapientia Patris, dicit ſe neſcire: ſed humanam in ſe naturam oſtendens, cui præcipue convenit ignorare.“

pag. 315. Si omnino neſcire creditur, Apoſtolus ita contradicit &c.

Quam hic interpretationem adhibet Hil. ſic laudat Auguſtinus epiſt. ad Ocean. 180. §. 3. „Beatus Hilarius cum obſcuram quæſtionem obſcuro hoc genere tropicæ quæſtionis aperuit, ut intelligeremus in eo ſe nimirum dixiſſe neſcientem, in quo alios facit occultando neſcientes, non excuſavit mendacium, ſed non eſſe monſtravit.“ *Eandem ipſe ſequitur libr.* 1. *de Trinit. c.* 12, *cum aliis ad huc Patribus.*

pag. 317. quæ in ipſo.

Hæc Verba omittunt duo codd. Colb. & Sorb. cum Vulgatis ſacri textus exemplaribus, græcis & latinis.

pag. 318. ne & ipſe non neſciat.

Idipſum apertius ſic exprimit §. 73. „Filius itaque diem idcirco quia tacet, neſcit: & Patrem ſolum idcirco ſcire ait, quia filius uni ſibi non tacet.“

Huc ſpectat illud Auguſt. Serm. nunc 97. §. 1. „Ne carnaliter ſapientes putemus aliquid Patrem ſcire, quod neſciat filius. Nam utique cum dixit, Pater ſcit, ideo hoc dixit, quia & in Patre filius ſcit. Quid enim eſt in die, quod non in Verbo

factum eſt, per quod factus eſt dies?

. 319. diverſus compoſitæ livinitatis partibus.

Habent aliquot Mſs. cum Bad. diverſis compoſita ſubſtantia *vel* compoſitæ ſubſtantiæ divinitatis partibus *Martin.* diverſis compoſitæ ſubſtantiæ partibus.

. 320. quia ea omnia Dei unt.

Aptius legeretur: eæ omnes, *ſiquidem ad creaturas iſta referuntur.*

. 331. tempora vel momena.

A Mſs. conſtanter abeſt, vel momenta, *ſicut & apud Auguſtinum epiſt.* 197. & 199. *ad Heſych. qui quidem epiſt.* 197. §. 2. *obſervat græce legi*, χρονους ἢ καιρους. „Noſtri autem, *inquit*, utrumque hoc verbum tempora appellant, cum habeant hæc inter ſe non negligendam differentiam καιρους quippe appellant tempora, quæ in rebus ad aliquid opportunis vel importunis ſentiuntur, ut meſſis, pax, bellum; χρονους autem ipſa temporum ſpatia.“ *Heſychius tamen epiſtola apud eundem Auguſtinum prædictis intermedia legit* tempora vel momenta: *quam lectionem Hilario non ignotam fuiſſe, palam fit ex ſubjectis.*

§. 322. non ergo quia neſcire ſe diem &c.

Hæc Concluſio in cod. perantiquo baſ. Vat. Martin. Corb. aliisque expreſſa; non extat in Mſs. optimæ notæ Colb. 3, *Carn. Germ. & Sorb. nec ſane cohæret cum præcedentibus, quum aliud prorſus concludatur, quam in ſuperioribus ſit confectum: imo*

pugnare videtur cum dictis §. 59. *ubi Hilarius diem illum ignorari poſſe a Chriſto negat, non ſolum quia temporum auctor eſt ut verbum; ſed quia ſecundum myſterium aſſumtæ carnis ad eum pertinet, & ipſius dies eſt, in qua venturus eſt judicare vivos & mortuos: Unde alienæ manus additamentum eſſe, haud temere ſuſpicari licet.*

LIBER X.

Pag. 326. magiſtros prurientes.

Ita legunt plerique Mſs. fauente græco. Solus baſ. Vat. cum Martin. cod. Scalpentes aures, *quomodo exhibetur libro in Conſtant.* §. 1. *Edd.* prurientes auribus.

pag. 329. in hominem.

Præferunt Vulg. in homine; *ſicque legit Hil. lib.* 5, §. 18. *& lib.* 9. §. 4. *aliud tamen hic Mſs. jubent, & ſubnexa.*

pag. 330. innaſcibilis hæc in eo ſit poteſtatis exceptio.

Poſt hæc verba inſeruerat Erasmus ſequentia: „Per quam patuit Verbi profeſſionem ad conſummandi hominis ſacramentum pertinere; ut qui infirmitates noſtras portabat, infirmitatem quoque ſibi humanæ ignorationis aſſumeret; atque ita diem neſcire ſe diceret, ut ſepulchrum Lazari neſciebat, & attrectantem veſtis ſuæ fimbriam mulierem ignorabat: tam infirmus ad ſciendum, quam infirmus ad flendum, ſub laſſitudinis, & ſitis, & inediæ officio, neſcientiæ etiam non dedignatus errorem:

maxime cum ex mortuis reſurgentem, ingreſſurum ſupergreſſurumque Cœlos Apoſtoli non jam neſcientem, ſed hujus ipſius diei ſuæ potentem atque ſcientem interrogaſſent, nihil aliud percontantes, quam id quod ſub diſpenſatione hominis tacebatur: ut in eo, quod neſcire ſe dixerat, dum rurſum interrogant, aſſumtionem potius quam neceſſitatem ignorantiæ intelligere viderentur.“

Adſuta hæc in quodam codice ſe reperiſſe, monet Erasmus: Modo in unico tantum Remig. Mſs. ab anno circiter 700, *in quo multa paſſim truncata aut perturbata ſunt, eadem ipſa initio hujus §. exhibentur, proxime poſt verba*: usque ad ignoratæ horæ deſcendimus demonſtrationem. *Quum in ceteris omnibus Mſs. nullum hujus additamenti veſtigium adpareat; quumque in duobus biſce, qui referunt, diverſo utrinque loco collocetur: dubitari vix poteſt, quin merum librarii cujusdam adſumentum, & ejusdem forte ſit, cujus eſt adpendix ad calcem libri* 9. *adjecta. Vel ſi Hilarium utriusque auctorem eſſe quis malit, ea tantum ratione cogitare licebit, ut poſt abſolutum opus adnotaverit novum quemdam explicandæ difficultatis modum, Patribus aliis ſatis communem.*

pag 330. Volunt enim plerique — — non in natura eum impaſſibilis Dei fuiſſe.

Hujus de Paſſione Chriſti, ac humanitate univerſim, doctrinæ, quam toto hoc libro 10. *complectitur Hilarius; diſquiſitionem ſatis diffuſam exhibet ſummaria in ſcripta ejusdem criſis, Tom. II. pag.* LIII. *ſeqq.*

pag. 332. ex conſortio animæ — — non ſit hebes &c.

Habet cod. baſ. Vat. niſi ex conſortio animæ — — non ſentiat hebes &c.

pag. 333. Virgo enim nonniſi ex ſuo Sancto Spiritu genuit, quod genuit.

Ex ſuo, *id eſt, Chriſti Spiritu, ſeu non niſi ex verbo genuit: quod perſpicuis verbis ad calcem ſequentis declaratur:* „Caro non aliunde originem ſumſerat, quam ex verbo.“

pag. 336. carnem quoque Adæ atque animam Dominus ex Virgine acceperit.

Hoc, Hieronymo teſte epiſt. 82. *ad Marc. poſt Tertullianum ſenſit Apollinarius, quod* quomodo corpus ex corpore, ſic anima naſcatur ex anima. *De eodem Nemeſius cap.* 2: „Apollinarius putat animos ab animis gigni, ut a corporibus corpora; progredi enim ut propagationem primi honis in omnes, qui ex illo generantur.“ *Quibus favet Athanaſius libro de ſalutari adventu J. Ch. qui contra Apollinarium Vulgo inſcribitur, ubi hæreticos animam carnalem ſentientes ſic refellit.* „Si ut veſtra fert opinio, anima carnalis eſt, ac non una cum corpore & moritur, & perit?

ibid. ſed ſermonem vocis.

Habet cod. Vat. baſ. ſed ſolum vocis.

ibid. ut vere Dei filius verus hominis filius &c.

Explicatius tota hæc gradatio ita poteſt exponi: ut Dei filius, ex Virgine verus homi-

nis, vere natus ſit; ita autem ex Virgine homine, filius ſit natus, ut nonniſi ex Deo homo ſit; ac demum ex Deo, *hoc eſt quum Deus eſſet, ita natus ſit homo, ut Deus eſſe non deſierit.*

338. doloris noſtri naturam. — *Eraſmus teſtatur, ſe in quodam exemplari hic adſutum reperiſſe,* ex peccato. *Et rurſum poſt verba,* ut calcet undas; ſuapte natura ſine mirabili adjutorio Dei.

339. naturam non habens. — *Rurſum hic Eraſmus in uno exemplari adjectum reperit:* imbecillem, at noſtra ex peccato.

340. vitiorum naturas. — *In Vulg.* naturam. *Paſſionum injurias easdem vocat §. ſuperiori.*

. non fuit habitus ille tanuam hominis, ſed ut hoiinis. — *Habent aliquot Mſs. cum Vulg.* tantum hominis; ſed & ut hominis. *Inter* ut & tamquam *hoc ponit Hilarius diſcrimen, quod* tamquam *externam dumtaxat rei ſpeciem,* & *conjunctio,* ut *Veritatem ſignificet.*

341. quam caro ipſa peccati ſit. — *Edd.* quam ipſe caro peccati.

Huc ſpectant, quæ ex Hilario citat Auguſt. l. 1. contra Julian. c. 3. „Ergo cum miſſus eſt in ſimilitudine carnis peccati, non ſicut carnem habuit ita habuit & peccatum: Sed quia ex peccato omnis caro eſt, a peccato ſcilicet Adam parente deducta, in ſimilitudine peccati carnis eſt miſſus, exiſtente in eo non peccato, ſed peccati carnis ſimilitudine.

pag. 342. poſt ipſa diſcindentis gladii veſtigia. — *Habent plerique Mſs. cum Vulg. deſcendentis Teller.cod.* diſcedentis. *Noſtra lectio eſt ex Mſs. Remig.*

ibid. in ipſa trunci corporis calumnia. — *Hoc eſt, eo ipſo momento, quo abſciſſa aure truncum factum eſt corpus.*

Calumniæ *vocabulo apud auctores mediæ & infimæ latinitatis aliquando ſignificatur actio, qua quis per juris formulas rem quampiam aufferre contendit; aliquando autem pœna, vel mulcta, qua damnatur, qui actionem injuſte inſtituit. Prima ratione intelligitur in Pſ.* 137. §. 13. *Nunc verò pro pœna ſimpliciter uſurpatur.*

pag. 344. hebetudine hæretica diſproficis. — *Poſt Eraſmum Lud. Miræus jam monet, Hilarium verbo* disproficere, *pro* degenerare *alias uſum eſſe. Uterque haud dubie reſpexit in l.* 11. §. 11. *ubi tamen eam vim verbum illud non obtinet, niſi acceſſione vocum* in genere. *Hic vero* diſproficit *cum adjunctis ſonat receſſum ab humana ſapientia: ut qui primum receſſerant a fide, propter humanam rationem, demum hæretica hebetudine ob præconceptam opinionem, ab humana etiam ratione deficiant.*

ibid. crux confeſſus ad Deum eſt. — *Habent aliquot Mſs. cum Vulg.* conſcenſus *non male.*

pag. 347. effundi conſummabatur. — *Habent plerique mſs. cum edd.* effundendus conſummabatur; *cui præferimus optimi cod. Colb. & Germ. lectionem, qua Hilarii aptius enuntiatur ſententia, rem jam inchoatam,*

quæ ad exitum perducebatur, ſignificari volentis.

347. id quod, ſi poſſibile — *Id quod*, ait, *intellige. Bad. & Er. cum Mſ. Carn. legunt*; quodſi impoſſibile eſt *plures e recentioribus Mſs.* quod poſſibile eſt. *quidam alii:* quod impoſſibile eſt. *Magis placet noſtra plurium & potiorum Mſs. lectio; cujus ſenſus eſt: Videndum, quem reſpiciat iſta deprecatio conditionata:* ſi poſſibile eſt &c.

348. ut vos cerneret. — *Habet antiquior cod. Colb. cum aliis haud deterioris notæ:* Ventilet. *Alii rec.* cribraret. *Eodem verbo* cerneret, *utitur infra* §. 40.

nocturnæ cuſtodiæ terror. — *Exemplar Carn.* nocturnæ vigiliæ.

349. jam ſine triſtitiæ meait. — *Hab. cod. Sorb cum uno Colb.* jam ſine triſtitia & ſine metu ait. *Corb. cum aliis nonnullis:* jam ſine triſtitiæ metu eſſent, ait. *Edd.* jam ſine triſtitiæ metu exiſtens ait.

Quod deinde ſubjicitur: dormite jam &c. *modo non exſtat apud Lucam, immo prorſus aliud; ſcil.* quid dormitis? ſurgite &c.

350. duodecim millia legionum. — *Legitur in vetuſtiori Mſs. Colb. Germ. & Remig.* decem millia legionum. *In altero Colb. & Sorb.* duodecim legiones.

351. non perdidi ex eis minem. — *Vulgati hic expunxerunt particulam* non *contra fidem Mſs. in quibus phraſis græca ad verbum exprimitur:* ουκ απωλεσα εξ αυτων ουδενα.

virtutem corporis. — *Eſt in Vulg. & pluribus Mſs.* virtutem corpori.

pag. 352. an circumambiri ſe flammis doluerint. *Legunt alii* circumamburi.

Idipſum ita in Pſalm. 144. §. 13. *ita enuntiatur*: „Illis in roris humore ignis temperatur, hos exæſtuans ignis amburit. Ipſæ intus extraque flammæ ſunt, quarum pro diverſitate meritorum & deficit a ſe natura, nec deficit. Nam quod eſt, manet erga eos ignis eſſe quos urit; & quod non eſt, neceſſe eſt in his eſſe, quibus ros eſt.“

ibid. dum ſcandunt. *Præferimus hanc lectionem cum codd.* 1. *Colb. Sorb. & baſ. Vat. maxime, cum infra de martyribus rurſum legamus:* „Aedificatos ſibi congerie lignorum ignes cum canticis ſcandunt.“

Edd. habent: incenduntur. *Mſſ. Carn. & Remig.* inſcedunt. *Corb. ac nonnulli alii:* incedunt: *quibus favet ſacer textus, pueros mediis in flammis ambulantes inducens. Antiquior Colb. legit:* ignem non timendum ſcindunt.

pag. 353. contemnit. *Plures Mſſ.* contemſit. *Dein vetuſtior Colb.* conſentiat *pro* non ſentiat.

pag. 355. quod in te. *In cod baſ. Vat.* quo in te.

pag. 356. de ſe defecerit Deus verbum. *Pravæ hujus opinionis auctorem non Eutychen, non Apollinarium, ſed Arium fuiſſe teſtis eſt Theodoretus lib.* 5. *hæret. fab.* 11. *Damnata eſt a Conc. Rom. procurante Damaſo papa adverſus Apollinarium coacto, apud Theodoret. lib.* 5. *hiſt. eccl. cap.* 10. *&* 11. *& antea a Conc. Alexandr. an.*

362. *apud Athanaſ. epiſt. ad Antioch.*

§. 356. Deus verbum tanquam pars aliqua virtutum Dei quodam ſe tractæ continuationis extendens &c.

Photinum ita ſenſiſſe liquet ex libro de Syn. c. 45. hauſtumque errorem a Sabellio, demonſtrat lib. 1. de Trinit. §. 16. Cui quidem Damaſus papa apud Theodoret. lib. 5. hiſt. cap. 11. anathema dicit verbis: „Anathematizamus eos, qui verbum Dei extenſione & contractione a Patre ſeparatum, & inſubſtantivum, & finem habiturum eſſe contendunt.“

§. 357. non patitur Chriſtum Jeſum.

Melius: partitur.

d. filium hominis diſcernat a Dei filio.

Verbum diſcerno, *hic ſeparationem ſonat; quo lib. 9. §. 6. naturarum dumtaxat diſtinctionem indicaverat.*

d. totum ei Deus verbum eſt &c.

Fidem Eccleſiæ circa hoc dogma, ita exponit Leo Papa, in ep. nunc 97. ad Monachos Palæſt. „Nec intereſt, ex qua Chriſtus ſubſtantia nominetur; cum inſeparabiliter manente unitate perſonæ, idem ſit & totius hominis filius propter unam cum Patre Deitatem.“

§. 360. Ch. Jeſum & ita intelligentes ſciemus &c.

Vult quippe Hilarius, fidem orthodoxam, quæ Chriſtum eſſe Jeſum, hoc eſt Deum ſimul & hominem teneat, in prædictis quæſtionibus non laborare: hæreticos vero, qui aliter ſapientes, plus ſe intelligere putant, inde ſe extricare non poſſe.

d. anima tamen eas — quaſi quidem mœror exſudat.

Habent plura exemplaria: animi tamen *cod. baſ. Vat. Martin.* anima tamen eas — quaſi quodam mœrore exſudat.

pag. 362. nec ponit ad mortem.

Lipſ. & Par. edd. hic addunt: animam.

pag. 363. ſepultum non putare, quem reſuſcitaſſe intelligas; reſuſcitaſſe non ambigere, &c.

Exhibet Bad. cum Mſs. Marr. Corb. & aliis: non ſepultum non putare. *Tum eadem editio cum Er. & Lipſ.* quem reſuſcitatum. *Mſs. Martin.* quem reſurrexiſſe intelligas: *ac deinde:* reſurrexiſſe autem non ambigere &c. *ubi rurſum edd. omnes:* reſuſcitatum non ambigere. *Poſtea Er. Lipſ. & Par. omittunt particulam negantem, ante* ſepultum: *Quibus ſi Mſs. ſuffragarentur, legere liceret:* non ſepultum non putare; quem reſuſcitaſſe intelligas; reſuſcitaſſe non ambigere, quem negare non audeas non ſepultum: *ut oſtenderentur duæ in una perſona naturæ. Sed cum in omnibus Mſs. exſtet poſtremo loco* ſepultum *ſine particula negante, cetera magis ſibi conſtant in Mſs. vetuſtioribus Remig. Corb. Vind. Germ. & aliis.*

pag. 364. habes inconquerente.

Aliquot Mſs. cum edd. habes conquerentem.

pag. 366. alius deſcendens.

Adjiciunt hic codd. unus Colb. & alter Sorbon. & alius adſcendens. 3. *Vat. & plerique rec. præ ſe ferunt:* alius ad inferna deſcendens.

ibid. quis criminabitur electos Dei.

Habet Mſs. Carn. quis, inquit, accuſabit adverſus electos Dei. *Et mox* interpellat, *loco verbi* poſtulat.

pag. 367. ſine aliqua ſui & partitione.

Mſs. Colb. cum Sorb. ſui excerptione.

Opportunus hic fragmenti

locus, quod S. Hilarii nomine in explicatione epiſt. ad Timoth. laudat Conc. Spalenſe II. cap. 12, *Eræ* 651. „Nam & cum dicit ſcriptura, Homo Chriſtus; & cum dicit, Chriſtus mortuus eſt; & cum dicit, Verbum caro factum eſt: non eſt ſpoliandus per fraudulentiam legentis expoſitionibus ſuis ſermo. Nam ubi homo Chriſtus eſt, præcedit, Mediator Dei, atque hominum: ut ex utroque, Deo & homine, unus ſubſiſtat; ſitque inter hominem & Deum medius, confeſſione in ſe utriusque naturæ. Ubi vero *ait*, Chriſtus mortuus eſt; ſubjicitur, qui reſurrexit; qui eſt in dextera Dei. In morte ejus carnis noſtræ infirmitas eſt, in reſurrectione virtus ejus, in conſenſu Dei dignitas.“ *Hinc porro non obſcure adparet hujus veritas fragmenti, ex quo viciſſim illuſtratur argumentum, de quo modo diſſeritur.*

368. gratulatus ſit. *Lipſ. & Par. cum Mſs. Martin. & uno Vat. legunt:* glorificatus ſit; *cui lectioni favent verba* §. 56. *Noſtram, quæ plurium Mſs. eſt, confirmant illa* §. 24: „Sciat, nec mortem Lazari flere, quam gaudeat. *Et major quædam eſt fletum inter & gratulationem obpoſitio.*

369. juxta eſt Verbum uum in ore tuo. *In aliquot Mſs. hic & infra:* juxta te eſt verbum tuum. *Ex græco* εγγυς σου το ρημα

ἐστιν ἐν τῷ στόματι *recte omnino vertere licet*, juxta te; *dummodo omittatur* tuum *poſt* verbum.

pag. 370. ſalvaberis. *Poſt Eraſmum Lipſ. & Par. hic ſubjiciunt*: Corde enim creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. *Nulla veterum librorum auctoritate.*

pag. 371. propter turbam dixi, ut credant, quia &c. *Martin. cod.* propter turbam circumſtantem dixi, ut credant me, quia &c.

LIBER XI.

Pag. 374. Et Deos dici, religioſum eſt, & Deum intelligi, divinæ naturæ conſcientia eſt. *Bad. & Er. legunt:* duos dici: *Idem deinde cum reliquis edd. & pluribus Mſs.* irreligioſum eſt. *Tum Er. Lipſ. & Par.* Deum non intelligi.

At præferenda eſt auctoritate Mſs. noſtra lectio, cujus ſenſus eſt: ſi Chriſto nomen Dei adtribuet potius, quam in veritate intelliget Deum, nil magnum ei præſtabit; uti declaratur l. contra Auxent. §. 10. qui fides & religio patitur plures dici Deos: ſiquidem nomen Deorum & Angelis & omnibus Sanctis a Deo donatum eſt; *Damaſi epiſt. apud Theodor. lib. 5. hiſt. eccl. c. 11. Sed conſcientia, atque inſita nobis divinæ naturæ notitia non finit, ut Deus eſſentia & veritate intelligatur, niſi unus.*

ibid. unus eſt filius; ſed ſi Deus ſit. *Habet plurima pars ſcriptorum, & Bad. ed. unus eſt;* ſi filius ſit, ſi Deus ſit &c. *Alii edd.*

unus eſt, tuncque Dominus & Deus ſemper, & filius ſit, ſi Deus ſit &c.

378. cum autem ſubjecta i fuerint omnia &c.

Hic verſus in Mſs., niſi in uno Colb. dubiæ fidei non exſtat.

380. conformes aſſumi.

Habent aliquot Mſs. aſſumtioni.

. & qua tandem ſpe in fide oſtra eſt piæ diſpenſationis ıyſterium divinitatis infirıitas.

Referunt Mſs. Vat. baſ. 1. *Colb. Sorb. & Martin* Et quæ tandem ſpes in fide noſtra eſt, ſi piæ diſpenſationis myſterium divinitatis eſt infirmitas. *Lectio hæc magis eſt perſpicua, adeoque magis ſuſpecta, quam altera; in qua alius quidam innuitur reconditior ſenſus, ſcilicet divinitatem infirmatam non fuiſſe diſpenſationis myſterio; quo carni præſtitum eſt, ut aſſumeretur in claritatis gloria; eosque ab ſpe fidelibus promiſſa cadere, qui aliter credant.*

381. Pater, quod dedit ıihi.

Eſt in aliquot Mſs. quod dediſti mihi, *qui tamen lib.* 7. § 22. *cum ceteris conſentiunt.*

. nativitas non tacetur.

In cod. baſ. Vat. non denegatur.

383. corporatio noſtra.

Edd. cum pluribus ſcriptis corruptio; *cui optimorum codd. auctoritate præferimus,* corporatio, *quæ vox ex adverſo obponitur* Spiritus *vocabulo, quo naturam divinam ſolet Hilarius ſignificare.*

. vivificatæ per ſe etiam x inferno carnis &c.

Illud, ex inferno, *non ad vocabulum carnis; ſed ad* per ſe, *referendum eſt; ut non caro, ſed ipſe in inferno fuerit. Conf. lib.* 10. §. 65.

. 384. habens ex nativitae tunc, & ex conſtitutione unc, Deum Patrem.

Hujus loci, quem varie & confuſe reddiderunt Vulg. hic eſt ſenſus: Chriſtum habuiſſe tunc

ſcil. ante quam caro fieret, ex nativitate; quem nunc, *caro factus, ex conſtitutione carnis habet, nova & communi nobiſcum ratione Deum Patrem.*

Paulo aliter, in Mſs. baſ. Vat. ſic legere eſt: habens ex nativitate tuncPatrem tantum, ex conſtitutione nunc Deum & Patrem, tantum ex conſtitutione nunc Deum, quia &c. *ubi poſtremum membrum nonnihil pugnat cum præcedente, ſicut & primum cum verbis* §. 13, *ubi innuitur unigenito Deo ante carnem eſſe Deum & Patrem nativitatis ſuæ.*

pag. 386. præ participibus tuis. *Habent Mſs. magno conſenſu:* præ participes tuos. *Sic & deinceps conſtanter particula* præ *conjungitur cum accuſandi caſu.*

ibid. in veritate. *Bad. & Er.* Viri. *Verius Mſs. potiores juxta græcum:* ἐν ἀληθείας.

ibid. Jeſus ergo ungitur ad ſacramentum carnis regeneratæ. *Hoc intelligendum videtur ex verbis cap. 2. in Matth.* §. 5. *ubi ait:* „Ipſe quidem egens lavacri non erat; ſed quia aſſumtum ab eo creationis noſtræ fuerat & corpus & nomen: omne in ſe ſacramentum ſalutis noſtræ explevit.“ *Quod ibidem repetitur his verbis:* „Atque ita & prophetæ teſtimonio lavacro non eget, & exempli ſui auctoritate humanæ ſalutis ſacramenta conſummat, hominem & aſſumtione ſanctificans, & lavacro.“

pag. 388. plerique enim ita volunt &c. — *Ex subjectis Apoſtoli verbis, & regni & Carnis Chriſti finem futurum, prædicabat Marcellus Anegr. teſte Euſebio l. 2. c. 4. contra eundem.*

pag. 389. in adventu ejus. — *Ita Bad. conſentiente græco:* ἐν τῇ παρουσίᾳ. *Addunt alii* qui in adventu ejus. *Er. Lipſ. & Par.* qui in adventum ejus crediderunt: *quod & habet Mſs. Corb. a ſecunda manu, renitentibus aliis ſincerioribus & græco.*

ibid. devicta eſt ab eo mors. — *Er. & Lipſ.* deſtruetur mors.

ibid. cum autem ſubjecta fuerint ei omnia. — *Rurſum hoc magno conſenſu omittunt Mſs.*

ibid. Cœleſtium diſpenſationum arcana. — *Habet Martin. cum aliis pluribus Mſs.* myſteriorum arcana. *Tum poſt* per Jeſum Chriſtum, *addit cod. baſ. Vat.* & Deum Patrem, *quæ Verba in nullo alio codice reperiuntur, quamvis exſtent initio epiſt. ad Gal. quo hic reſpicitur.*

pag. 390. ſi quid aliter. — *Alii plures:* ſi qui aliter.

pag. 391. præceptum. — *Id eſt*, præconceptum. *Apud Lipſ. & Par. non male legitur:* præceptum. *In Mſs. Vat. baſ. & Mart.* præceptis.

pag. 392. noſtra autem exſpectatio. — *Habent Mſs. recentiores*: converſatio.

ibid. utrumque. — *Bad.* utrique. *Reliqui edd.* utrinque.

pag. 395. evacuato. — *Eſt in aliis.* evacuata.

pag. 397. abſorpta eſt mors in contentione. — *Pro Græco*, εἰς νῖκος *legit Hilarius, aut interpres quem ſequitur:* εἰς νεῖκος. *Utramque lectionem in Pſ.* 59. §. 14. *in unam componit.*

ibid. conforme corpori gloriæ. — *Legunt* 1 *Mſ. Vat. Colb. & Sorb.* conforme faciens corpori.

pag. 398. qui habet aures audiendi.

Verbum audiendi *excepto uno vetuſtiore Colb. in omnibus prope Mſs. deſideratur.*

ibid. in quâ habitum regni.

Vat. baſ. Mſ. ac Martin. in quo habitu ſe regni.

Facit huc illud cap. 17. *in Matth.* §. 2: „Poſt dies ſex gloriæ dominicæ habitus oſtenditur, — — — regni cœleſtis honor præfiguratur.“

pag. 400. ad corporis gloriam, quæ.

Melius, quod; *ut ad corpus referatur.*

pag. 401. toto jam in Deum, ex ea qua homo eſt, diſpenſatione manſuro.

Scribit Lipſ. in Deo, *non male, ſecundum illud lib.* 9. §. 7. „Ut unigenitus Deus naſci vellet, manſuro in æternum, in Deo, homine. *At lectio Vulg. confirmatur ex ſubnexis; ſenſumque habet, toto, ubi in Deum transformatus fuerit, ſic ſemper manſuro; ſeu nunquam amiſſuro divinas illas dotes, quas ex gloriæ plenioris profectu capeſſivit.*

ibid. deſperare id Deo.

Habent plures Mſs. deſperare id de Deo. *Alii cum edd. Er. Lipſ. & Par.* deſperare in Deo. *Potior videtur noſtra lectio, cujus ſenſus eſt: denegare id in Chriſtum Deum convenire, quod ſibi ſperant.*

pag. 403. ne temeraria opinio aliquid ſibi de Deo, præterquam docetur, uſurpet.

In Mſs. opinione: *dum in Corb. & nonnullis aliis codd. legitur:* uſurpent. *Unde non diſpliceret*: opinione — — præterquam docentur, uſurpent.

pag. 406. in id proficit.

Vat. baſ. Mſs. in Deo. *Unus Colb. & alter Sorb.* in eo profecit.

Hic noſter homo *a nobis*

distinguitur; ut nostrum hominem intelligas naturam a Christo assumtam.

LIBER XII.

g. 408. Tendimus tandem &c. — *Veterrimus cod. Vat. bas. nec non Teller. Remig. Theod. ac Cist. præfigunt:* Lege Frater in Christo, & sensum accommoda. *Tum cum aliis habent:* Tendimus &c.

g. 409. initium viarum suarum. — *Adjiciunt iidem cum Martin.* in opere suo.

g. 411. longa ejus exspectatio nostra potius exspectet. — *Cod. Vat. bas. cum Martin.* nostram potius exspectet revelationem. *Propius ad Hilarii mentem accederet, qui substitueret:* nostram potius exspectet claritatem: *quod repugnare innuit; quia Christus jam propria gaudet gloria, quam nobis communicaturus est; neque claritatem exspectat nobis communem.*

id. ut cognitus sit. — *Hæc verba, quæ magno consensu habent Mss. sola Miræi ed. retinuit. Quamquam si hic adtendas illud Pauli:* Ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis; *atque Hilarii istud:* servus autem cum sit, maneat etiam in corruptione naturæ; *pro* cognitus *procul dubio*, corruptus, *restituendum videbitur.*

g. 412. si ut creatio. — *Er. & Mir. cum recentioribus Mss.* si concreatio *Lipf. & Par. cum antiquo Colb.* si creatio. *Vind. cod.* sicut creatio. *Ex quo non male legeretur:* si sic ut creatio.

Tacite namque ante ut, *particula* ita *intelligenda eſt, ut ſenſus ſit:* ſi ita per venerationem exæquabitur Patri, ut creatio ſit &c.

pag. 413. perfectarum atque indemutabilium cauſarum. *Hiſce Lipſius ſubſtituit:* perfectæ atque indemutabilis ſubſtantiæ; *quod Eraſm. in margine prius adſcripſerat, Hilarii magis ſenſum, quam verba indicans.*

ibid. Deo non ex partibus perfecto. *In Mſ. Martin.* profecto.

ibid. non per cauſam corporalem humanæ originis, intelligendæ etiam ſpiritalis nativitatis ſenſus affertur. *Mendum hic occurrit, quod nec Mſs. nec editorum quispiam emendavit; licet variam plerique lectionem intulerint. Sic Bad. & Er. cum Mſ. Martin. exprimunt*: non per cauſam corporalem intelligendæ nativitatis ſenſus affertur: cum per ceteras &c. *Miræus:* non per cauſam corporalem humanæ originis intelligentiæ ſpiritalis intelligendæ nativitatis ſenſus affertur. *in uno e Mſs. Vat. & altero Patrum minimorum prope Turores*, non per cauſam corporalium intelligenda eſt nativitas ſine effectu; cum per ceteras &c. *In vetuſtioribus Colb. Remig. Vat. baſ. Carn. Germ. & Vind.* non per cauſam corporalem — *Vind.* corporalium — nativitatis intelligendæ ſine affectu — *Vat. baſ.* effectu — cum per ceteras &c. *Ex quibus forte reddere liceret*: non per cauſam corporalem nativitatis

intelligendus ſit effectus, cum per ceteras &c.

pag. 414. ultra partium infectam comparationem. — *Rectius videtur legi,* inceptam; *maxime cum in Pſ.* 129. §. 4. *dicatur:* „Quidquid compoſitum eſt, neceſſe eſt non fuerit æternum: quia compoſitio habet initium, quod comparatur, ut maneat.“

pag. 416. neque non fuit. — *Illud* non *ab Eraſmo renitentibus Mſſ. expunctum, pleonaſmus eſt, Græcis, nec minus Hilario uſitatus, qui negationis primæ vim non tollit, ſed auget; quaſi, neque prorſus fuit aliquando non filius.*

pag. 419. cum naſci quid ob id tantum ut ſit, non quia erat, neceſſe ſit. — *Antiquior cod. Colb. cum Martin. & Germ.* cum naſci ob id tantum ut ſit, non qui erat &c.

ibid. ſimpliciores. — *Cod. baſ. Vat.* ſimplicium ſenſum. *Unus Colb. cum Mart.* ſimpliciores ſenſu.

ibid. abſiſtat. — *Id eſt, nec virtus ratione, nec virtute ratio deſtituta ſit. In Edd.* obſiſtat.

pag. 420. ratio cœleſtis excedat. — *Cod. Pradel.* ratio ſe cœleſtis extendat.

pag. 422. de eo id ipſum. — *Mſſ. rec.* dum idipſum. *Alii vero libri:* Deo idipſum. *Cf. quæ de filii infinitate* §. 31. *enuntiantur.*

ibid. ante id, quod proprium Deo eſt, ſemper eſſe &c. — *Senſus eſt:* ut intentio *quantumvis* retroacta non capiat aliquid aliud ante id, quod proprium Deo eſt, *ſcilicet* ſemper eſſe &c.

Quod hic generatim de Deo, nominatim de filio ſic habetur infra §. 32: „Si quid de filio mens retroacta ſcrutabitur; nihil aliud ſcrutantis ſenſui, quam natum

esse, & semper esse, semper occurret.“

pag. 423. vel scientia. — *Supplendum hic:* scientia quidem.

pag. 426. ut non filio tempora nativitatis sed Patri generationem adscribat. — *Habet cod. baſ. Vat. cum Martin.* ut non solum filio. *Mox alter Vat.* sed & Patri. *Dein Bad. Er. & Lipſ.* generationis.

„*Hilarius hoc loco Arianos reprehendit, quod Patri jam in ſua natura conſtituto, generationem tamquam adventitium modum adſcribant. Refutat nempe illud Arii in ſua Thalia, apud Athanaſ. Or.* 2. „Deus non semper erat Pater; sed fuit quando solum Deus erat, & Pater nondum erat.“ *Tum de Verbo:* „Fuit quando non erat; neque erat, antequam fieret: sed exordium ut crearetur, etiam ipsum habuit. Erat enim solus Deus, necdum erat Verbum & sapientia: deinde cum vellet Deus nos condere, tunc unum aliquem fecit, quem verbum & sapientiam nominavit.“

pag. 429. fontes sub cœlo. — *Mſs.* montes.

ibid. quamvis præstet. — *Eſt in cod. Silv.* quamvis præsit.

ibid. ut repens cogitationis motus subito. — *Bad. & Er.* res cogitationis motu subito *Unus e Mſs. Vat. cum Martin.* ut recogitationis motus: *quibus favent antiquior Colb. cum plurimis aliis, in quibus exſtat:* res cogitationis.

pag. 430. non de temperatione alicujus, & permixtione materiæ &c. — *Reſpicit hic Hil. errorem in Pſ.* 148. §. 3. *refutatum*, „quo fortuitis concursibus hunc mundi habitum in se coisse,

atque ita ex inordinatione in ordine conſtitiſſe, quidam auſi ſunt opinari.“

. 430. nihil novum, ac re- ıens eſt —

Ita Mſs. at edd. nihil novum, ac recens.

'. diſcernentem.

Habent omnes prope Mſs. decernentem.

'. componebat cum parante.

In Mſ. Martin. hic & infra legitur, præparante; *ubi confunduntur verba, quibus non unam vim tribuit Hilarius.* Præparo *enim æternam rerum diſpoſitionem; temporariam autem earumdem conditionem*, paro, *hic ſonat.*

. 432. cum nativitas ante :auſam ſit, creatio vero per :auſam.

Locum hunc illuſtrat illud Greg. Naz. orat. 36. §. 6: Quid eſt ex omnibus rebus, quod cauſæ ſit expers? Divinitas: nemo enim eſt, qui Dei cauſam dicere queat; alioqui id Deo antiquius eſſet — — Ergo quoniam hic aperte, &, Creavit, & Gignit me, reperimus; ſimpliciter hoc cenſeo, quod cum cauſa conjunctum invenimus, id humanitati aſſignandum eſſe; quod autem ſimplex, cauſæque expers, divinitati adſcribendum. Age igitur, an non illud, creavit, annexam habet cauſam? Creavit enim me, inquit, principium viarum ſuarum ad opera ſua — —. At illud, Gignit me, ſine cauſa dictum eſt “ &c.

'. & cum Pater pararet.

Legendum videtur: ut cum &c. quæ duæ *particulæ ſæpe in Mſs. confunduntur.*

'. per id ipſum in ea, quæ

Interpolatam hic Vulg. lectio-

propter opera creata esse intelligeretur.

nem exhibent: per idipsum utrumque complexa est, ne propter opera &c. *neque nostra, quæ plurium & antiquiorum Mss. est, mendo caret: sed facile ad mentem Hilarii reduxeris, si ita corrigas:* per id ipsum ea neque propter opera; *id est, sapientia non propter temporariam mundi conditionem creata esse intelligeretur, siquidem ab æterno erat &c.*

pag. 433. si enuntiavero vobis &c.

Tota hæc sententia desideratur in Vulg. Apud LXX, autem exstat post ea, quæ v. 21. *continentur.*

pag. 436. novus homo creatur, induimur.

Quæ post hæc verba sequuntur, usque ad finem §. *cum ed. Bad. omnes Mss. omittunt, uno Colb. & altero Sorb. exceptis.*

pag. 437. deputantem.

In vetusto Mf. Colb. ac Germ. deputandam *cui præferimus* deputantis, *scil. Apostoli.*

pag. 438. ego quidem.

In Mf. Carn. hic tituli in morem prænotatur: Oratio. *In aliis recentioribus:* Oratio S. Hilarii.

pag. 439. tecum tamen.

Habet Vet. cod. Colb. & Germ. potius tamen.

ibid. motum dimensæ hujus vicissitudinis.

Vat. bas. cod. cum Mart. immensæ hujus vastitatis.

pag. 440. & a te in naturæ tuæ unitate genitus; post te ita confitendus, ut tecum &c.

Habet exemplar bas. Vat. aliis omissis: & a te naturæ confitendus. *Bad. & Er. ex uno rec. Mf. Colb. ediderunt:* & a te in naturæ tuæ veritate genitus &c. *Alter Colb. cum uno Sorb.* & a te in natura tua unigenitus genitus &c. *Martin. Remig. ad Theod.* & a te in naturæ tuæ inge-

nitæ genitus poteſtate: ita ex te confitendus &c. *Quod poſtea Lipſ. & Par. arripuere. Sed valde ſuſpectum eſt vocabulum*, poteſtate, *pro* poſt te: *cum additamento vocularum* ex te. *In vetuſtiore Mſs. Colb. nec non Corb. & aliis:* & a te in naturæ tuæ unigenitæ genitus &c. *Forte haud improbabili conjectura quiſita exprimeret:* & a te naturæ tuæ ei congenitæ genitus, *ſecundum illud lib. de Syn.* §. 48. „ Intelligo ex Deo Deum, non diſſimilis eſſentiæ, non diviſum, ſed natum: & ex innaſcibili Dei ſubſtantia *congenitam* in filio, ſecundum ſimilitudinem unigenitam nativitatem. “ *Suſtineri etiam poſſet ſuperior lectio, ſi particula* in *abeſſet, in hunc modum:* & a te naturæ tuæ unigenitæ genitus, *ut filii & Patris unitas verbis* naturæ tuæ *oſtendatur, quibus ſubjungatur* unigenitæ; *ut filii proprietas declaretur. Sic lib.* 9. §. 68. *legimus filii naturam a paterna non differre*, „ quippe quæ ex tota tota ſit, quæ & dum unigenita eſt, patrem in ſe habeat. “

442. qui eſt benedictus in ecula ſæculorum, Amen.

His ſubjicitur in Mſ. Corb. Explicit liber XII. Lege cum pace Domini noſtri Jeſu Chriſti, Feliciter. *In uno Sorb.* Explicit liber XII. Hilarii epiſcopi Trinitatis feliciter. *In Sylv.* Explicit liber XII. Hilarii epiſcopi de fide

ſanctiſſimæ Trinitatis, adverſus hæreticos. *In Vind.* Expliciunt libri XII. ſancti, inimitabilis Viri Hilarii, de fide Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

IN LIBRO DE SYNODIS.

Pag. 443. Coepiſcopis Germaniæ primæ &c.

In Carn.cod. totus titulus ita exhibet: CoepiſcopisGermaniæ primæ, in qua eſt prima Moguntia; & Germaniæ ſecundæ, in qua prima eſt Agrippina, id eſt, Colonia; & primæ Belgicæ, in qua prima eſt Treveris; & Belgicæ ſecundæ, in qua prima eſt Remis; & Lugdunenſis primæ, in qua prima eſt Lugdunum; & Lugdunenſis ſecundæ, in qua prima eſt Rotomagum; & Narbonenſi plebi, in qua prima eſt Narbona, & Clericis Toloſanis.

Quod deſumtum videtur ex his, quæ in Mſs. monaſterii Silvæ majoris, & Remig. in fronte totius tractatus ſic prænotantur: In Germania prima eſt Moguntia, in ſecunda Agrippina, id eſt Colonia; in Belgica prima Treveris; in Belgica ſecunda Remis; in Lugdunenſi prima Lugdunum; in Lugdunenſi ſecunda Rotomagus, in Novem populana eſt Toloſa: *mendoſe, quantum ad poſtremam hanc metropolim. Nam Novem populanæ primaria civitas* Eluſatium *in Corb. cod. ſæculo ſexto exarato conſignatur;*

Toloſatium *autem in prima Narbonenſi poſt Narbonam ordinatur.*

443. ex Narbonenſi plebus &c. *Habent cum Corb. complures alii Mſſ.* Narbonenſi plebi. *Sed retinenda lectio Vulg. cujus ſenſus eſt: Et ex omni Narbonenſi provincia, præſertim plebibus & Clericis Toloſanis, quorum præcipua ipſi cura fuit, quod Rhodanium illorum epiſcopum,* qui *Sulpicio Severo teſte,* „natura lenior, non tam ſuis viribus, quam Hilarii ſocietate Arianis non ceſſerat," *eadem exilii conditio implicuerat.*

provinciarum Britanniarum epiſcopis. *Britannias jam ſua ætate chriſtianas fuiſſe, teſtatur Tertullianus adverſus Judæos,* §. 7. *ubi* Britannorum inacceſſa Romanis loca Chriſto vero ſubdita, *memorat. Hos medio ſæculo ſecundo Lucii Regis, & Eleutheri Papæ temporibus fidem ſuſcepiſſe, ſcribit Beda libro* 1. *hiſt. gentis Anglorum. Neque alios ſpectare videtur Hil. in Pſ.* 14. §. 3. *ubi narrat,* etiam in Oceani inſulis plurimas Deo habitationes *ab Apoſtolis paratas; nunc vero indicat, Britannorum epiſcopos cum Gallicanis conſpiraſſe; ut decertarent adverſus Arianam peſtem, quæ, ipſo Beda teſte, lib. laudato* „perfidiæ ſuæ virus non ſolum orbis totius, ſed & inſularum eccleſiis adſperſit."

444. Innocens, inviolata, *ſupple,* conſtantia. *Habent edd. cum duobus Mſſ. innocens inviolataque religio.*

pag. 445. ſententiarum decretis contradixerunt.

Poſt hæc verba in prius Vulgat prima ſubjiciebatur ex noti apologeticis, a Maurinis edi toribus primum ad calcem hu jus libri dejectis. De quibu plura vide in Præf. Tom. I pag XCVIII. *ſeqq.*

ibid. ut ipſos illos, qui tunc apud Sirmium in ſententiam Potamii — — conceſſerunt, ad profeſſionem ignorantiæ errorisque compellerent.

Quod hic delibat Hilarius, ple nius proſequitur §§. 78. *&* 79 *ubi declarat, quosdam* coact ignorantiæ ſuæ profeſſione *& nova ſubſcriptione, quam vis ſibi ſuſpecta, damnaſſ quod fecerant, tum vero Ur ſacium & Valentem nomina tim exagitat, ut quibus igno rantiam obtendere, minim licuerit.*

ibid. ex eo intra nos tantum communio dominica continetur &c.

Quo ſpectet illud, intra nos *aperit* §. 8. *ubi qui ad Syno dum in Bithynia acciti erant, laudantur, quod* a ceteris extra Gallias abſtinerent; *literarum ſcilicet ac myſte riorum communione. Nam quemquam cum hæreticis col loqui, numquam ſe criminis loco duxiſſe, teſtatur Hila rius ipſe lib. contra Conſtant.* §. 2.

pag. 446. ne ſuperſaperent.

In Carn. Mſ. ne ſuperbe ſaperent. *In Corb. a ſecunda manu:* ne ſuperba ſaperent. *quod exinde in pluribus aliis obtinuit. Sed aliorum libro rum lectionem confirmat græ cum:* μη υπερφρονειν. *atque etiam illud lib.* 10. *de Trinit.* §. 53. „Nonne incumbet ſuperſapere volentibus ſtultitia?“

pag. 449. juſtificat.

In potioribus Mſs. legitur: juſtificavit. *Græce:* δικαιωσει.

§. 449. quosdam aut multos.

Lipſ. & Par. quosdam haud multos. *Græc. verterunt:* πολλους τινας.

§. 451. ut rei imago ſit.

Id eſt, non ſolius ſpeciei ac formæ externæ, ſed internæ rei, ac naturæ. Conf. lib. 7. de Trinit. §. 37. *Edd.* ut vere imago ſit.

d. & ſi quis audiens unigenitum filium &c.

Græce apud Epiph. definitionem ſuperiorem hæc antecedit, cujus initium ſic enuntiatur: ει τις εικονα ακουων του μονογενη Υιον του αυξατου Θεου, ανομοιον λεγει και κατ' ουσιαν τον Υιον.

§. 452. quanta forma eſt.

Edd. quanta eſt, formam.

d. manifeſtum eſt enim, quod quæ vita in Patre intelligitur &c.

ItaMſs. edd. vero: quod vita in Patre hic intelligitur — — — vita quoque in unigenito — — ſignificari connectitur. *Græcis literis dum ſcrupuloſe adhæſit Hilarius, illas paulo obſcurius latine reddidit: ſic autem græce habetur:* Φανερον γαρ οτι της ζωης εν τω πατρι νοουμενης ουσιας σημαινομενης, και της ζοης της του μονογενους της του πατρος γεγενημενης ουσιας νοουμενης, το ουτως την ομοιοτητα της ουσιας προς ουσιαν σημαινει. *Id eſt:* Manifeſtum eſt enim, cum quæ vita in Patre intelligitur, ſignificetur eſſentia; vita quoque unigeniti, quæ ex Patre generata eſt, eſſentia intelligatur. Voce ita eſſentiæ cum eſſentia ſimilitudinem ſignificari.

Mentem ſuam aperiunt Orientales in præmiſſa epiſtola apud Epiph. §. 8. *his præſertim verbis:* „Neque

enim aliud Pater, aliud vita quæ eſt in ipſo; ſed ipſe ſine ulla compoſitione vita eſt Pater. Porro ſicut habet, ſic & filio dedit, nimirum citra compoſitionem.“

pag. 453. in quo ingenita ſimilitudo, naturalis proprietatem ſubſtantiæ.

Edd. in eo genitam ſimilitudinem naturalis proprietate ſubſtantiæ; *reluctantibus mſs. qui hic multum etiam inter ſe diſſident. In aliis enim legitur*: in congenita ſimilitudine &c. *In vetuſtioribus Colb. & Carn.* incongenita ſimilitudo. *In altero Colb. & Sorb.* in quo ingenita ſimilitudine, *cum quibus deinde duo alii legunt*: naturalis proprietatem ſubſtantiæ. *Quæ comparatis hiſce, melior viſa eſt lectio; hunc habet ſenſum: id, in quo ingenita, ſeu intus genita eſt ſimilitudo, non deſeruit, nec perdidit naturalis ſubſtantiæ proprietatem. Verbi* deſeruit, *idem uſus eſt in his lib. 9. de Trinit.* §. 36. Non deſeruit igitur Deus natus naturæ ſuæ proprietatem “ *& lib. 5.* §. 37. „Nec naturam ſuam deſerit ex incorporali atque indemutabili Deo incorporalis atque indemutabilis Dei perfecta nativitas.“ *Neque vocabuli* ingenita, *vis dubia eſt, cum cap. 10. in Matth.* §. 24. *de corruptela quam naſcendo afferimus habeatur*: „Neceſſe eſt ut ingeniti & vetuſti operis conſuetudinem oderi-

mus.“ *Et paulo poſt:* „ea vero, quæ ingenita & a quadam proſapia antiquitate deducta“ &c.

453. non tam ex ſimilitudine eſſentiæ intelligat.

Græce: μη επι του αυτου, και κατ' ουσιαν ειναι.

de Deo perfectum.

Hic Hilarius legiſſe videtur: απο θεου τελειον, *cum melius apud Epiph. exſtet:* απαθως τελειον. *Quamquam neque hanc lectionem ignotam ei fuiſſe, ex ſubſequentibus liquet.*

456. & ſiquis intelligens nilem &c.

Minus obſcura erunt hæc ita ordinata: Et ſi quis intelligens filium ſecundum eſſentiam ſimilem ejus, cujus & filius intelligitur; aut eundem dicat — λεγοι — filium &c.

458. qui teſtimonium perbet mihi.

Legunt aliquot Mſs. perhibet de me; *græco etiam conſentiente; in quo deinde pro verbis,* qui miſit me Pater, *ſubjicitur:* και, μαρτυρει γαρ, φησι, ὁ πεμψας με πατηρ; *quæ ſententia eſt ex Joan.* 5, 37. *ad confirmationem ejusdem dicti allata.*

propter hanc piam &c.

Hic in verſione latina Epiph. claritatis cauſa additur: ſiquis inquam, propter hanc &c. *etiamſi græce non habeatur, ſed tantum:* Δια ταυτην την Ευσεβη τη εκκλησια νοουμενην ιδιοτητα των προσωπων, πατρος μεν και υιου. *quod verti poſſet:* propter hanc, quæ pie in eccleſia intelligitur, perſonarum Patris & filii proprietatem &c.

459. non amittit.

In Mſ. Corb. aliisque nonnullis: non adimit.

unigenitum filium ſine iſſione extitiſſe.

Græce: πιστευει τον μονογενη υιον εκ του πατρος απαθως υφεστανα.

pag. 459. temporum quidem intercapedinem.

Habent Mſs. ſummo conſenſu: temporum quidem interpretationem; *quod græce uno verbo enuntiatur:* τους μεν χρονους.

pag. 460. intemporalem — ſubſtantiam.

Græcum, υποστατικως, *vertit Hilarius* ſubſtantiam, *quomodo l.* 4. *de Trinit.* §. 13. *ubi græce habetur* τρεις εισιν υποστασεις; *latine legit:* tres ſubſtantiæ ſunt. *At græcam vocem* ουσιαν, *conſtanter transfert*, eſſentiam.

ibid. adverſum novam & profanam impietatem — adeptæ jam pridem doctrinæ inſtituta degernunt.

Novitati doctrinæ Anomœorum opponit Hilarius antiquitatem doctrinæ Orientalium: qui nimirum apud Epiph. hær. 73. §. 2. *poſtquam Antiocheni Conc. an.* 341. *fidei adhærere ſeſe profeſſi ſunt, hoc etiam ſubjiciunt:* „Compererint illam nos fidem, quam apoſtolicis inde temporibus, continuata ad Patres noſtros usque ſucceſſione accepimus, velut patrimonium tueri ac defendere.“

pag. 461. in eo degenerat.

Bad. cum omnibus prope Mſs. in eodem generat, *favente decreto* 7. *ſummatim hic retractato, quo qui* Patrem diſſimilis ſibi eſſentiæ Patrem eſſe *dicunt, damnantur. At retinenda cum Mſs. Carn. uno Colb. & Sorb. noſtra lectio; maxime cum in prædicti Decreti enarratione eos Hil. probet rite eſſe damnatos, qui putant*, eſſentiam Patris a ſe in filio degeneraſſe.

ibid. per paucos — Orientales.

Quotquot ſcilicet poſt acceptas Georgii Laodiceni literas, cum iis, qui jam Ancyræ ad

conſecrandam Eccleſiam convenerant, celeriter convocari potuere, ut narrat Sozom. lib. 4. cap. 13.

. 461. unius ſubſtantiæ ſilentium decernebatur.

Nequis hoc ita intelligat, quaſi Orientalium fidem ideo ſibi exponendam duxerit Hilarius, quod illi unius ſubſtantiæ *vocabulum poſtrema definitione ſua damnaverant: vetant ſequentia.* „Sed diverſis temporibus fides alias neceſſe fuerit conſcribi.“ *Nihil quippe vult aliud; niſi ut Orientales benigne excuſet, quod fidem iterato expoſuerint; cum ex hæreſis quæ ſubſtantiæ ſilentium decernebat — tum Sirmio per Valentem & Urſacium; tum Antiochia per Eudoxium emergentis — occaſione, ad id præſtandum fuerint adducti.*

. 462. Expoſuerunt, qui dfuerunt Epiſcopi &c.

„Ajebant, *ſi Sozomeno lib. 3. c. 5. habenda fides*, reperiſſe ſe hanc fidem ſcriptam manu ipſius Luciani, ejus qui Nicomediæ Martyrium perpeſſus eſt.“ *Verum Athanaſius quædam ex ipſa adſcribit Acacio & Euſebio, tanquam ab ipſis in encæniis prolata; Acacius vero plura ejusdem Verba Aſterio adtribuit. Neque Hil. obſcure indicat, eos ipſos qui Synodo intererant, hujus formulæ extitiſſe auctores.*

l. cum in ſuſpicionem veniſſet unus ex epiſcopis &c.

Gregorium putat, Baronius, eique objectum fuiſſe, quod prava ſentiret, cum primum in eo conventu deſtinatus eſt epiſcopus Alexandrinus. Aliam

hujus formulæ conſcribendæ cauſam adfert Athanaſius, libr. de Syn. pag. 891. *Quod nimirum cum non unus, ſed plerique, & qui in Synodo primas agebant,* ab omnibus de hæreſi male audirent, *ambiguas profeſſiones edendo, ſaltem fucum facere conati ſint.*

pag. 462. qui generatus eſt. — *Adjiciunt hic græca exemplaria:* πρὸ των αἰωνων.

ibid. verbum. — *In græcis exemplaribus:* λογον ζωντα σοφιαν ζωσαν. *Et mox apud Athanaſium:* ὁδον, ἀληθειαν. *Et apud Socraten:* ὁδὸν ἀληθειος *pro* viam veram.

ibid. & gloriæ.] — *Græce:* δυναμεως, και βιλης, και δοξης του πατρος.

ibid. prædeſtinatus fidei noſtræ. — *Ex græca phraſi legendum eſt:* Apoſtolus fidei.

pag. 464. ſubſiſtentium perſonas per ſubſtantias edocentes. — *Quod enim vertit noſter,* tres ſubſtantias *illi* τρεις ὑποστασεις *dixerunt. Verum monet Epiph. hær.* 73. §. 17. „Ne quem hypoſtaſeon appellatio perturbet: ob id enim hypoſtaſes ab Orientalibus uſurpantur, ut perſonarum proprietates ſubſiſtentes, exiſtentesque declarent.“ *Et poſt pauca:* „Merito ſubſiſtentis exiſtentisque Patris & Filii, & Spiritus Sancti proprietates, ſubſiſtentium perſonarum hypoſtaſes appellant Orientales; non ut tres illas hypoſtaſes tria principia, tresve Deos eſſe dicant: nam eos anathemate damnant, qui tres Deos dicunt.“ *Neque vero tunc temporis hæreſis ſuſpicione labo-*

rabant, qui tria in divinis prædicabant. Hoc ipſam enim catholice etiam poſtea prædicavit Greg. Naz. Or. 29. §. 3. & alibi; prædicaverunt & Occidentales. Ita Conſentius apud Auguſtinum epiſt. 119. ſcribit: „Una virtus eſt, quam trina poſſidet virtus; una ſubſtantia eſt, in qua tria ſunt, quæ ſubſiſtunt.“ *Item ipſe Auguſt. epiſt. 170. ad Maximum:* „Et hæc omnia, *inquit*, nec confuſe unum ſunt, nec disjuncte tria ſunt: ſed cum ſint unum, tria ſunt; & cum ſint tria, unum ſunt.“

466. Sancta Synodus in Sardica congregata &c. *Hæc formula fidei non Sardicæ, ſed Philippopoli in Thracia, edita fuit ab iis, qui ſibi male conſcii, Sardicenſis Synodi judicium formidabant. Quamquam exceptis poſtremis hiſce verbis* „Similiter eos, qui dicunt tres eſſe Deos“ *primum Vulgata eſt ab Euſebianis, aliquot menſes poſt Concilium Antiochiæ in Encæniis, & in Gallias per Narciſſum, Marim, Theodorum & Marcum ad Conſtantem quaſi a Synodo delata: teſte Athanaſio lib. de Syn. p. 895. Immo, ut ibidem ſubjicit, iidem triennio poſt in conſeſſum venientes eandem prædictis appendicibus*, ſimiliter &c. *aliisque auctam, per Eudoxium, Martyrium alioſque in Italiam emiſerunt.*

l. venturus judicare. *Fragmento 3 hic adjicitur:* in fine mundi: *& in græcis*

formulis : ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος.

pag. 468. eam nunc fidem retractemus, quæ non olim — conſcripta eſt.

Nimirum, ut notat Socrates lib. 2. cap. 29. „Poſt conſulatum Sergii & Nigriniani: quo anno propter tumultus bellicos, nemo ſolemnem geſſit conſulatum,“ *hoc eſt, anno* 351, *cum Verranione dejecto Sirmii moraretur Conſtantius.*

ibid. Exemplum fidei Sirmio — ſcriptæ.

Hanc formulam a Marco Arethuſio græce ſcriptam, memorat Socrates lib. 2. c. 29. Verius noſter eam Orientalibus, id eſt toti Synodo adtribuit.

Vigilius lib. 5. contra Eutychen §. 3. hoc concilium catholicum vocat, & ex toto Oriente congregatum. Nulli autem Occidentalium, niſi forte ex Illyrico quibusdam, ad illud accedere tum licuit, ob concitatos a Magnentio tyranno transalpinis regionibus, atque Italiæ, bellicos tumultus.

pag. 469. eos autem, qui dicunt &c.

Hiſce decretis, monuit Miræus in uno cod. Mſ. ſequentem titulum præfixum ſe reperiſſe: Definitiones catholicarum propoſitionum 26 contra Photinum hæreticum, & contra omnes opiniones infidelitatis hæreticæ.

ibid. & ſiquis unum dicens Deum &c.

Apud Socraten & Athanaſium ita legitur: καὶ εἴ τις λέγων Θεὸν τὸν Χριστὸν πρὸ αἰώνων υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ὑποσυγκοτᾷ τῷ πατρί. *Cui præferanda videtur noſtri lectio; cum hæc altera non ita feriat Photinum, qui*

Deum unum confitens Chriſtum ante Mariam extitiſſe negabat!

9. a Maria dixit filium — *Quod hic cum Socrate legiſſe videtur Hil.* ex Μαριας, *hic & infra exprimit Athanaſius* προ Μαριας.

). ſi quis Dominum, & num Patrem & Filium, Dominum a Domino in- at, quia Dominum & inum, duos dicat Deos: ema ſit. — *In vetuſto cod. Colb. ita legitur*: ſi quis Deum & Dominum, Patrem & Filium, qua Dominum a Domino, duos dicat Deos; anathema ſit. *Huic lectioni favet Facundus l.* 10. *c.* 6, *ubi eadem Hil. verſio mendoſe exhibetur: Apud Athanaſium græce ſic habetur:* ει τις ακουει κυριον τον πατερα και τον υιον κυριον, και κυριον τον πατερα και τον υιον — επει κυριος εκ κυριου — δια λεγει θεους: αναθεμα.

Ex quo edd. Maur. ita expreſſere: ſiquis Dominum & Dominum Patrem & Filium, quia Dominus a Domino, duos dicat Deos: anathema ſit. *Ceteri ſibi non conſtant.*

). exæquamus vel conamus. — *In aliis*: vel comparamus. *Duobus hiſce verbis unicum* συνταττομεν, *in græco reſpondet.*

Eadem ratione ſupra Hilarius unam vocem, προγνωσιν *duabus* ſcil. præſcientiam vel prædeſtinationem, *reddit; quaſi anceps, quæ aptior foret, utramque ſeligendam proponeret.*

3. unica ac ſingularis ubſtantia. — *In Colb. & Germ. Mſs.* unici &c.

5. quia nec diverſitas, ſola innaſcibilitatis ritate diſcreto. — *Edd. Maur.* quia nec diverſitate ſubſtantiæ, ſed ſolæ innaſcibilitatis &c.

pag. 476. neque translatum in carnem ſit &c.

Hæc intelliguntur ex libro 10. *de Trinit.* §. 50., *ubi arguuntur, qui* „defeciſſe omnino Deum verbum in animam corporis volunt, ut non idem fuerit Jeſus Chriſtus hominis Filius, qui & Filius Dei; & de ſe defecerit Deus verbum; dum corpus officio animæ vivificat.“

pag. 478. non poteſt non indifferentis unum nomen eſſe naturæ.

Quod ſubjicit Hilarius, ut explicet, quatenus Filium Patri non coæquandum intelligat; illuſtratur his tract. in Pſ. 138. §. 17. „Eſt enim Pater major Filio; generatione, non genere. Filius enim eſt, & ex eo exivit: & licet paternæ nuncupationis proprietas differat, tamen natura non differt. Natus enim a Deo Deus, non diſſimilis eſt a gignente ſubſtantia: Non poteſt ergo ad eum ex quo eſt, exæquari.“ *Unde patet, iniquam eſſe illorum cenſuram, qui tum ob hujus, tum ob tertii canonis commodam interpretationem, ſuſpectam reddere noſtri de Trinitate fidem volunt, hoc quidem magis iniquam, quod pius præſul ſtatim ipſe moneat, in dictis Concilii ſuſpicionem nonnullam eſſe, ſed ex ſuperioribus & conſequentibus eam excludi.*

ibid. dum & ipſi illi nomini filius nuncupandus ſubjicitur &c.

In Vulg. dum ei ipſi nonniſi filius nuncupandus ſubjicitur. Quod cum Dei Patris ſit, tamen ſibi ex natura ſit, nomen habens alienum, ſed

ejus cujus & filius eſt, ut ſit Patri & obſequio &c.
In his habetur catholica totius ſuperioris canonis explicatio. Conf. l. 5. de Trin. §. 14.

. dum omne quod age- pie referre eſt ſolitus trem.

Præſtat hoc ſalva naturæ ſuæ æqualitate: ut enim habetur tract. in Pſalm. 138. §. 28. „Conteſtatam de ſe poteſtatem per reverentiæ honorem ei, cui omnia meminerat confitenda, ſubjecit; non ſibi adimens, quod ſimilia Patri poſſet; ſed eum per quem ſimilia poſſet, oſtendens.“ *Conf. etiam tract. in Pſ. 141. §. 6.*

3. nihil aliud pericu- l.

Edd. nihil aut periculoſum.

equenter exponi- fides e ſunt.

Hinemarus libro de non trina Deit. cap. 10. relatis hiſce verbis addit: „Propter ſtilos plures a S. Hilario dictæ ſunt plurali numero fides, & propter pluralitatem ſcriptionum, non propter credulitatis diviſionem.“

ile enim per quosdam

Eſt in aliquot codd. multa enim.

sque Epiſcopo Eleuſio, lucis cum eo — vere n neſciunt.

Eleuſium tamen inter Semiarianos recenſet Epiph. hær. 73. §. 23: & Socrates l. 2. c. 40. acute reprehendit, quod ægerrime ferret innovari Encæniorum fidem, cui Nicænam ipſe poſthaberet. Liberio ut homouſion reſpueret, ipſum cum aliis auctorem fuiſſe, Sozom. teſtatur l. 4. c. 15, eundemque Macedonio conjunctum, & crudelitatem illius imitatum eſſe, idem ſcribit

cum Socrate lib. 2. cap. 38. Imo ſi eidem Sozom. habenda fides, conſubſtantialis defenſores divexavit. Niſi forte hæc ei tum a Socrate, tum a Sozomeno inuſta crudelitatis nota, ob ea fuerit, quæ ad Novatianos reprimendos egit. Et quidem Macedonio mitiorem, & vita bona & integra extitiſſe, non diffitetur Sozom. Quem ergo vitæ integritas commendabat, ab iis, qui Deum neſcirent, excipiens Hilarius, non ſic ſpectavit, ut qui fidem Nicænam profiteretur, ſed ut qui ad eam proxime accederet, & adverſus Anomœos decertaret. Cum enim Aetius in Syria, & Photinus in Illyrico aliisque provinciis, filii divinitatem penitus rejeciſſent; epiſcopi qui illis impenſe reſtiterunt, haberi cœperunt velut Catholici, & divinitatis Chriſti defenſores; & tum, inquit Greg. Naz. levior impietas pietatis opinionem ferebat.

pag. 483. nam illa in primo — *loco* — collatæ expoſitionis fides.

Edd. in prima collatæ expoſitionis Synodo fides &c.

pag. 488. ſed ne irrationabiliter prædicanda ſit una ſubſtantia &c.

In ed. Maur. ſed nec irrationabiliter prædicanda. Sit una ſubſtantia.

ibid. perfectæ æqualitatis ſignificantiam habet ſimilitudo &c.

Idem confirmat Hil. lib. 1. περὶ ἀρχῶν. ubi imaginem, ait, interdum id dici, quod ejus cujus imago eſt, naturam obtineat, eaque ratione filium Patris imaginem nuncupari. „Sicut ſecundum hiſtoriam

dicimus imaginem Adæ eſſe filium ejus Seth; Ita enim ſcriptum eſt: Et genuit Adam Seth ſecundum ſpeciem ſuam. Quæ imago etiam naturæ ac ſubſtantiæ Patris & Filii continet unitatem.“

489. etiam ſine genere. *Vetus Mſ. Carn. cum Mich. Tell. nec non edd. Bad. Er. & Mir.* etiamſi genus. *Alii Mſs.* etiam ſi negemus.

490. numquid ſimilitudo in æqua plane eſt etiam ſine genere. *Exprimunt alii.* Numquid ſimilitudo non æqua eſt? Aequa plane eſt, etiamſi negemus.

491. nunc victrix gloriatur. *Veteres Mſs. Colb. Carn. & Germ.* nunc jam victrix gloriabatur. *in aliis*: nunc non clam victrix gloriabatur.

Scilicet poſt Conc. Sirmienſe. Antea enim, inquit Sulp. Sev. l. 2. pag. 245. „Ariani perfidiam ſuam occultabant: non auſi palam erroris ſui dogma prædicare, catholicos ſe gerebant.“

Quo ſpectat illud Luciferi pro Athanaſio, *ubi Conſtantio exprobrat, quod egerit* „more meretricum, quæ primo clam ſcortentur; poſtea vero ita ſint inverecundæ, ut velint ſcortari in propatulis.“

492. imperatorem tamen ſineret ad audiendum. *Forte:* ad audendum. *Huc conferenda, quæ libro 2. narrat Sulpicius Sev. in Syn. Mediolanenſi an. 355. facta eſſe: quod nimirum* „Valens & Urſacius ceterique metu plebis non auſi piacula profiteri, epiſtolam ſub Imperatoris nomine mittunt, omni

pravitate refertam eo nim
rum consilio, ut si ea æqui
auribus populus accepisse
publica auctoritate eupi
proferrent: sin aliter fuiss
excepta, omnis invidia ess
in rege, & ipsa etiam ve
nialis, quia etiam tum cate
chumenus, sacramentum fi
dei merito videretur potui
nescire."

pag. 492. astantium. *Mss.* adhortantium *videsis Sa
zom. l. 4. c. 12. & 13.*

ibid. esto, ignoraverunt homousion. *Additur in aliquot Mss.* nun
quid ignoraverunt homœu
sion?

pag. 493. vereor, ne & homœusii ignorationem professio mentiatur. *Hic redit Hil. ad id quod ja
deliberat, dicens:* „Et ipsa
illa nunc præsens subscrip
tio non caret falsitate." *Et
quam vere de Ursacio & Va
lente subodoratus sit, fragm.
15. §. 3. docemur; ubi nomi
natim de Valente inquit Ger
minius:* „Miror autem præ
dictum Valentem aut oblitum
esse, aut certe subdole di
mulare, quod in præteritum
gestum sit &c. quando filium
similem Patri per omnia esse,
manu nostra subscripsimus:
quippe isti duo, *ut notat So
crates l. 2. c. 37*, semper ad
eorum partes transibant, qui
plus posse viderentur."

ibid. ignoscant mihi — quod eos — — ignorasse non credo. *Quippe qui conciliabulo Tyrio
interfuerant, & ab hinc per
23 annos innumeris prope con
ventibus, in quibus de præ
dictis vocibus solemnes erant
controversiæ.*

pag. 494. Paulus Samosatenus. *In vetusto cod. Colb. & Germ.
scriptum est*, Noateus. *Ita*

forte vocatus ab Hilario, quod Noeti hæresim quodam modo instauravit, Epiph. enim tradit hær. 65. §. 1. *Paulum opinatum esse* „Filium Dei subsistentiam habere per sese nullam, sed in Deo subsistere; id quod Sabellio quoque placuit, Novato & Noeto."

495. impiabatur.

Verbo impiari, *usus est Plautus, quod quidem adinstar græci* ασεβειν, *inventum videtur.*

498. unum utrumque sta-
erunt.

In codd. Remig. & Mich. uterque *Er. Lips. & Par.* utrique.

nimirum sepulchri sui
nantem.

Quod Baronius interpretatur: corporis sui nimium amantem: *rectius videtur ita intelligendum, ut morti proximus in exilio vitam finire, & natalium sepulchro carere metuerit. Atque hoc apertius Marcellinus & Faustinus eloquuntur his verbis:* Osius metuens, ne senex & dives, exilium pateretur, dat manus impietati." *Idem amplius confirmat Ambros. epist.* 82. *ad Vercellenses, ubi de S. Eusebio & Dinonys. in exilium pulsis ait:* Non desiderarunt patrium sepulcrum, quibus reservabatur cœleste domicilium."

501. non patior hanc vo-
em, ut in anathemate sit
omousion.

Hic tandem declarat Hilarius, quod hactenus dissimulavit, ultimum Aucyranæ Synodi decretum; quod cum reliqua epistola apud Epiph. hær. 73. §. 11. *refertur his verbis:* ει τις εξουσια και ουσια λεγων τον πατερα πατερα του υιου, ομοουσιον

δε η ταυτουσιον λεγοι τον υιον τω πατρι, αναθεμα εστω.

pag. 501. interpretati Patres nostri sunt — homousii proprietatem religiose.

„Exstant enim, *inquit libro contra Constant.* §. 27, literæ, quibus id, quod tu criminosum putas, pie tunc esse susceptum, docetur." *Porro etiamnum apud Socraten extant Eusebii Pamphili literæ, quibus hanc vocem sibi pie ac religiose expositam, se suscepisse scribit.*

TOMUS II.
AD CONSTANTIUM.

LIBER I.

Pag. 2. Vox exclamantium tua mansuetudine exaudiri debet: Catholicus sum &c.

Hunc fidelium clamorem memorat Lucifer libro, Moriendum pro Dei filio: „Cernimus, *inquit*, una hac voce religiosa, Christianus sum, nolo esse ut tu Constanti apostata, omne crimen excludi, hac una voce tribui præsidium salutis, vinculum libertatis &c.

De Africanis, quum sub Hunnerico ad Arianam pellicerentur hæresim; idem narrat Victor Vit. lib. 2. *de persecut.* „illis ingenti vociferatione clamantibus & dicentibus: Christiani sumus, Catholici sumus." *Conf. Euseb. lib.* 5. *hist. cap.* 1.

ibid. rectam Apostolorum regulam.

Quod hic Hil. Apostolorum regulam, *lib.* 2. *ad Constant.* §. 6. *& lib. de Syn.* §. 63. fidem apostolicam vocat: *& eodem lib. ad Constant.* §. 4. „Quod in regenerationis sa-

cramento eſt confitendum.“ *Quo ſpectat etiam illud l. 12. de Trin. §. 56.* „Regenerationis meæ fidem obtinens neſcio.“ *Quibus loquendi modis idem Symbolum Apoſtolorum indicari, perſpicuum eſt.*

}. a duobus Euſebiis. *Nicomedienſi nimirum & Cæſarienſi; de quibus Athanaſius lib. de Syn.* „Euſebius Nicomedienſis, *inquit*, magnificis verbis Arium in epiſtola laudavit. Cum recte, inquiens, ſentias, opta, cunctos ita ſentire &c. Euſebius quoque ex Cæſarea Palæſtinæ in literis ad Euphrationem epiſcopum non veritus eſt palam dicere, Chriſtum non eſſe verum Deum.“ *Ita & ab Hieronymo ep. 65. ad Pammach. & Ocean. Euſ. Cæſar. appellatur*, impietatis Arii apertiſſimus propugnator.

a Theodoro. *In Mſs. magno conſenſu:* Theodoto; *quibus conſentit Athanaſius lib. de Syn. pag.* 886. *& ipſe Arius, qui in epiſt. ad Euſebium Nicomed. inter ſuos recenſet Theodotum Laodiceæ. Retinemus tamen lectionem Vulg. quæ expreſſa videtur ex epiſt. Sardic. in qua Theodorus legitur. vid. fragment. 2. §. 7. Neque aliter extat apud Sulpicium ſeverum, qui Hilarii quantum ad voces veſtigia premens, cum ceteris*, ab Heraclia Theodorum, nominat.

pag. 4. nec cogendi jure potuerunt. — *Jus cogendi hic illatam vim appellat, ea fere ratione, qua lib. 9. de Trin. §. 58.* „Ad hujus nos, *ait*, intelligentiæ impietatem, hæreticorum furor jure quodam neceſſariæ confeſſionis compellit.“

AD CONSTANTIUM.

LIBER II.

Pag. 6. De nonnullis. — *In Mſ. Vat. baſ.* de plerisque de nonnullis *forte:* a plerisque de nonnullis.

pag. 8. tanquam improbabili. occaſione. — *Præferenda videtur lectio cod. Remig. Vulg.* tamquam probabili.

pag. 9. proximi anni fides, quid jam de immutatione in ſe habet? — Proximi anni, *ſi hic non ita ſtricte ut ſonat, ſed paulo latius accipiatur: ſequentes intelligere licebit fidei confeſſiones: Primam Sirmienſem, Oſii & Potamii nomine editam, quæ non modo homouſion, ſed & homœuſion decernit taceri; alteram Ancyranam, quæ homœuſion definitionibus 3. 4. 5. &c. decernit & prædicat; tertiam Arimini, ac deinde Niceæ in Thracia lectam, in qua uſiæ a Patribus ſimpliciter præſumtæ excuſatur prædicatio apud Athanaſium de Syn. p. 875. poſtremam denique ab Acacio Seleuciæ vulgatam, apud eundem Athanaſ. pag. 904. quæ ſubſtantiæ nomen non jam excuſat, ſed ſimpliciter & abſolute condemnat.*

). homouſion decernit & :dicat.

Quum nulla ſit Arianorum fidei confeſſio, quæ homouſion decernat, ac prædicet: pro homouſion, *ſubſtituendum videtur*, homœuſion.

quaſi in Spiritum Sanctum :caſſe, ſit venia.

Ad intelligentiam hujus loci juverit ex cap. 12. in Matth. §. 17. revocare, hoc Hilario peccatum in Spiritum S. eſſe, ſcil. „Chriſto negare, quod Deus ſit, & conſiſtentem in eo paterni Spiritus ſubſtantiam adimere.“

o. in tuenda domo ſua.

Habent quatuor Mſſ. humo ſua.

2. ſub publica conſcien-

Id eſt, coram, & publice. Hoc Ambroſius in more Eccleſiæ fuiſſe innuit, ut Epiſcopus in Eccleſia & coram populo de fide diſputaret. Quippe juſſus ut ad Imperatoris conſiſtorium veniret, ſcribit epiſt. 21. §. 17: „Veniſſem Imperator, ad conſiſtorium Clementiæ tuæ, ut hæc coram ſuggererem, ſi me vel Epiſcopi, vel populus permiſiſſent, dicentes de fide in Eccleſia coram populo debere tractari.“ *Et Serm. de Baſilicis trad.* §. 3. „Ad palatium Imperatoris irem libenter, ſi hoc congrueret ſacerdotis officio, ut in palatio magis certarem, quam in eccleſia —— Cauſam fidei in eccleſia agendam quis abnuat?“

CONTRA CONSTANTIUM.

LIBER.

4. Obtuli. Sed hi timen- publicæ conſcientiæ.

Habet Martin. exemplar. cum Colb. audientibus obtuli. Sed

hi timentes propriæ conſcientiæ pondus &c. *Minus bene.*

Hunc ſuum timorem jam anno ſuperiori prodiderant, „Verentes enim populi judicium e dominico ad palatium tranſierunt.“ *lib.* 1. *ad Conſt.* §. 8. *quo econtra nihil magis in votis habuerat Hil, ſiquidem hanc*, ſub publica conſcientia *de fide differendi facultatem, Biterris nondum exul, hanc exul Conſtantinopoli enixe rogabat. Sed hoc Ariani reformidantes, eum poſt primam petitionem in exilium, poſt alteram in patriam miſerunt.*

pag. 14. in tempora maledictum. *Aliquot Mſſ.* maledicum.

pag. 15. libertate teſtante. *Legitur in Mſſ. Colb. & Martin.* libertate ſtantem: *quod Bandino & Latinio placuit.*

pag. 16. contra hoſtem blandientem. *Falſas illas Conſtantii calumnias Lucifer quoque arguit his verbis:* „In hoc vero ſceleſtiſſimus judicaris, quod ſub ſpecie dilectionis & conſulere cupiens, ad nos blandiaris dejiciendos.“ *Sic Athanaſius narrat Oſium a Conſtantio devictum* „nunc quidem blandiente, patremque eum appellante, nunc interminante, & relegatos enumerante &c.

ibid. ditat in mortem. *Multos hac arte deluſos eſſe, teſtificatur Liberius apud Theodoret, lib.* 2. *hiſt. eccl. c.* 16 *ubi ait:* „Quicunque non diligunt gloriam Dei, ii tu munera anteponentes, eum quem ipſi non viderant

nec judicaverant, condemnarunt.“ *In his* „Potamius, *ut Fauſtin. & Marcell. narrant*, primum quidem fidem catholicam vindicans, poſtea vero præmio fundi fiſcalis, quem habere concupierat, fidem prævaricatus eſt.“

16. unitatem procurat, ne ix ſit. *Ipſa Conſtantii in Conc. Mediolanenſi an.* 355. *verba refert Lucifer lib. de non conven. cum hæret*: „Dixiſti, pacem volo firmari in meo imperio, cupiens violare in nobis pacem dominicam, ſcindere deſiderans Dei populum“ &c. *Et poſt panca*: „Nobis dicebas: Pacem volo fieri“ *& circa initium*: „Dixiſti, nos fuiſſe atque eſſe inimicos pacis, hoſtes unitatis, adverſarios etiam fraternæ caritatis.“

hæreſes comprimit, ne hriſtiani ſint. *Photini nempe, uti declaratur* §. 23: „Omnem rurſum adverſum Photinum Sirmium catholicæ doctrinæ tuæ commoves curam.“

Eccleſiæ tecta ſtruit, ut lem deſtruat. *Simili ratione Lucifer l.* 1. *pro Athanaſio Imperatorem alloquitur*: „Quod cum ſis memorias Martyrum inſtaurans, tamen ſervorum unius filii Dei cruorem fundas.“ *Conf. Theodor. l.* 3. *hiſt. eccl. c.* 12.

. in æternam vitam in reırrectione ſuſcitabit. *In codd. Colb. & Mart.* in æternæ vitæ reſurrectionem ſuſcitabit. *Græce*: εις αιωνιον αναβιωσιν ζωης ημας αναστησει.

17. condis fides, contra dem vivens. *Frequentes illas fidei expoſitiones intelligit, Conſtantio præſente, vel favente ſcriptas; aut etiam libros illos, de qui-*

bus Lucifer: „Quantum enim apud te eſt, tradidiſti eum — *Chriſtum* — de quo & libros ſcriptos dediſti; & prædicatores benigni voti in omni loco conſtituiſti.“

Et ſub initium ejusdem libri: „Convincent te libelli recitati apud te, ac dati Romæ Epiſcopis etiam catholicis; ad hoc videlicet, ut in omni loco tua roborari poſſet blasphemia.“

pag. 17. Epiſcopatus tuis donas. — *Hic conferendus Lucifer libro de non parcendo in Deum delinquentibus; & Athanaſ. ad Solit. pag.* 858. *ſeqq.*

ibid. blandos elicis, fautores inſtigas. — *Habet cod. Martin.* blanditiis religas. *tum Colb.* fautor inſtigas. *Non male legeretur:* blandus elicis, fautor inſtigas.

pag. 19. rapacium luporum opus. — *In Mſſ. plerisque legitur:* rapacia luporum oves.

ibid. auro reipublicæ Sanctum Dei oneras. — *Hic notatur, quod Lucifer ad calcem libri* 1. *pro Athanaſio innuit, Conſtantium eleemoſynam dare ſolere* „de lacrymis alienis, de eorum bonis, qui deportari, interfici, proſcribique maluerint,“ *quam Chriſtum negare.*

Quo ſpectat etiam illud Liberii apud Theodoretum: „Eccleſias orbis terrarum expilaſti; & mihi ut damnato eleemoſynam adfers.“

ibid. cenſum capitum remittis. — *Hujus vectigalis meminit Joſephus l.* 2. *de bello Jud. c.* 16. *& lib.* 12. *antiq. Jud.*

pag. 20. in eccleſiaſticis frontibus ſcriptos &c. — *Ex hoc loco intelligitur, Conſtantius inſtauraſſe morem, quem pater ipſius abrogarat,*

lege 2. *de pœnis cod. Th.*, *qua cavetur*, „ut ſi quis in ludum, vel in metallum fuerit damnatus, minime in ejus facie ſcribatur — — quo facies quæ ad ſimilitudinem pulcritudinis cœleſtis eſt figurata, minime maculetur.“

10. beatæ paſſionis virum. *Mſſ. Martin.* beatæ confeſſionis.

extra chriſtianum quoque nen relegaſti &c. „Hæc idcirco dicit de Paulino Hilarius, *Baronius ad an.* 355. *obſervat*, quod prius relegatus fuerit in Phrygiam, ubi erant Cataphryges hæretici, Montani Maximillæque ſectarii, inde vero ad barbaros, amandatus.“

Quaſi diceret: Parum erat Conſtantio, Paulinum inter Cataphrygas amandaſſe; eum etiam extra chriſtianum nomen expulit.

Præterea hic librariorum lapſu videtur ſcribi, Montanæ: *præſertim cum lib.* 2. *ad Conſtant.* Montanus *exſtet*, *non* Montana.

vertiſti deinde usque ad mam bellum. *Videſis Athanaſium ad Solit. pag.* 832.

12. fallaces potius, quam cleſiæ Epiſcopi. *Ita Mſſ. Colb. & Mart. ubi edd. cum cod. baſ. Vat. exprimunt:* palatio potius &c. *ſex alii Mſſ.* palatii.

cum publicæ — profaſimæ hujus ſimilitudinis io prædicaretur. *Ubi nimirum lecta Acacii formula quæſitum eſſet:* „qua in re filius ſimilis eſſet Patri? Acaciani quidem ſola voluntate ſimilem eſſe dicebant, non autem ſubſtantia.“ *Socr. l.* 2. *c.* 40. *Quæ reſponſio novos tumultus exci-*

tavit, & totius Concilii diſſolutionem.

pag. 23. pauci plurium dominati ſunt.

Acaciani ſcil. numero pauci adverſariorum longe plurium, quorum primarios proxime poſt Conſtantinopoli e ſuis ſedibus detruſerunt.

„Ita, *inquit Sulp. Sev. hunc veluti commentans locum*, optimis ſacerdotibus aut metu territis, aut exilio deductis, perfidia paucorum cuncti conceſſerunt.“ *V. Soz. lib. 4. c. 24.*

ibid. voluntati ſuæ.

Cod. Colb. & Martin. Violentiæ. *Utraque vox infra §. 26. ubi de eadem re rurſum incidit ſermo, conjungitur. Conf. Sozom. lib. cit. c. 23.*

ibid. homœuſion hodie evitant.

In nonnullis Mſs. homouſion. utrumque recte ponitur.

ibid. ſed profanas.

Mſ. Silv. maj. ſed & vanas. *cui favent tres alii, in quibus exſtat:* ſed advenas.

pag. 25. Cujusmodi imago eſt, Catholici ſi requirantur, docebunt.

Idque præſtat Hilar. lib. 9. de Trin. §. 52. Quæ mox ſequuntur, lucem hauriunt ex l. 5. de Trin. §. 8.

pag. 26. cum profectus vero intelligentiæ prædicatur; tum ita dicitur &c.

Legendum: cum profectu vero intelligentiæ prædicatur, dum ita dicitur. *Hoc enim ſibi vult Hilarius, nusquam de Dei filio ſimilitudinem prædicari, niſi cum iis adjunctis, quibus ipſius cum Patre æqualitas intelligatur; ſed hoc apertius ſignificari ſubjecto Joannis loco, in quo virtutis æqualitas non tantum ſimilitudine operationis, ſed, ut ajunt, identitate operum demonſtratur. Quod illuſtrant poſtrema §. 18. verba:*

„Unum vero quod ſunt, hoc eſt, non æqualitatem abnuere; ſed incremento intelligentiæ fidem æqualitatis inſtruere.“ *Ubi incrementum intelligentiæ idem eſt, quod hic intelligentiæ profectus.*

26. quia ſibi proprium um profeſſus eſt eſſe.

Legendum videtur: quia ſibi proprium Patrem. *Illa namque Joannis Verba*, æqualem ſe faciens Deo, *proxime his ſubnectuntur*, quod Patrem ſuum dicebat Deum; *ubi* Patrem ſuum, *interpretatur Hilarius* Patrem ſibi proprium.

ſimilitudinem excuſatione fendis.

Legit Bad. excuſationis. *Edd. alii* excuſationi. *Rectius videtur:* ex conſenſione.

27. manensque, non egeo: i tamen &c.

Habent omnes Mſs. manensque non ego, ſed &c. *Prima ed. Par.* maneoque non ego, ſed &c. *Aliæ*, maneo, quæ non ego, ſed &c. *Verum præferendam hic lectionem eſſe, quam exhibemus, & ipſe textus monet, & confirmant illa l. 2. ad Conſtantium* §. 8. „Ego enim penes me habeo fidem, exteriore *non egeo*; quod accepi, teneo, nec demuto, quod Dei eſt.

ſuſcipis etiam adverſus liramenta Oſii, & increenta Urſacii ac Valentis nendationum tuarum damtiones: ſed mox emennda tua omnia eſſe &c.

Deliramenta Oſii, *formulam Sirmii anno* 357. *editam, vocat Hilarius, quia eam ſubſcriptione ſua ratam fecit, ac forte etiam quorumdam illius verborum auctor fuit.*

Incrementa Urſacii & Valentis, *quia eam pro more ſuo ambiguis quibusdam ſententiis adauxerint.*

Emendationes Conſtantii;

quia eam adprobando emendavit, quod Antiochiæ, Philippopoli & Sirmii contra Photinum probaverat.

Damnationes *autem prædictæ formulæ intelligit, Orientalium Ancyræ an.* 358. *congregatorum definitiones; quæ* mox *emendantur, non longo post intervallo edita tertia Sirmiensi formula, quæ etiam nonnihil immutata Ariminum delata est.*

pag. 29. ſanctorum memoriis. — *Modo exſtat in latino textu,* neceſſitatibus ; *in græco:* ταις χρειαις. *quamquam Curcellæus legit:* ταις μνειαις.

pag. 30. ſatellitibus tuis profanis. — *In Mſs. Martin. & Colb.* profanus. *Mox iidem:* nunc regni potentiam in poſterum; *ubi Bandinus & Latinius malebant:* regno potienti.

ibid. Extant enim literæ &c. — *His maxime reſpicitur vocabulum homouſion, cujus ambiguitatem objectare hæretici ſolebant, ut patet ex his libri de Syn.* §. 91. „Interpretati Patres noſtri ſunt poſt Synodum Nicænam homouſii proprietatem religioſe. Extant libri, manet conſcientia.“

ibid. memoriis ſanctorum. — *Lud. Mir. cum Latinio:* avorum.

pag. 36. cujus hæreditas omnis ad Valentem — defluxit. — *Athanaſius memoratis Demophilum adjungit, lib. de Syn. pag.* 874. „Venerunt, *inquit,* ad eundem locum Germinius, Auxentius, Valens, Urſacius, Demophilus & Gajus. Ibi cum ceteri Epiſcopi & ſacris literis verba ſua formarent, illi chartulam exhibuerunt &c.“

Quam ob rem omnes a Synodo excommunicati leguntur.

37. quod Deo Chriſto leimum. — *Habet cod. Mich.* quod de Chriſto.

41. montes mihi, & fil- & lacus &c. — *Pro* lacus *exhibent Mſſ. ſummo conſenſu:* lucus. *Cui tamen lect. Vulg. præferenda videtur, ſi hic comparemus illud. c. 5. in Matth. §. 5.* „In omni loco preces fundere edocemur; & ſanctorum oratio inter feras, carceres, flammas & de profundo maris, ac beſtiæ ventre ſuſcepta eſt.“

Huc conferre licet, quod ſcribit Dion. Alexandr. apud Euſeb. Cum ſoli ab omnibus fugaremur, atque opprimeremur, nihilominus tunc quoque feſtos egimus dies. Quivis denique locus, in quo varias ærumnas ſingillatim pertulimus, ager inquam, ſolitudo, navis, ſtabulum, carcer inſtar templi ad ſacros conventus peragendos fuit.“

Exemplum blasphemiæ kentii. — *Inſcribunt edd.* Epiſtola Auxentii Mediolanenſis.

2. Expoſui amicis pietaveſtræ meam confeſſio- — *Hunc verſum omittunt Mſſ.*

1.

FRAGMENTUM I.

14. Qua univerſæ hærecomprehenſæ erant. — *Præferendum eſſe*, compreſſæ erant: *perſpicuum eſt ex his Fragm. 2. §. 27.* „Itaque comprimendi mali iſtius cauſa, trecenti vel amplius Epiſcopi apud Nicæam congregantur.“

Et paulo poſt fides apud Nicæam conſcripta, contra omnes hæreſes *inſcribitur.*

pag. 45. quæ maneant quidem. *Legendum forte:* quæ maneant eadem.

ibid. Deus juſtitiæ prævius numeratur. *Faber ex fide archetypi ſui edidit:* primus numeratur: *cui ipſe haud ſpernenda conjectura, præferendum putarat:* præmiis muneratur. Prævius *ex Sirmondo revocarunt edd. Maur. quam vocem commodius exciperet*, memoratur, *quam* numeratur.

pag. 46. cum quo florere nobis, ſæculi otio domeſtico frui. *Aptius legeretur:* florere bonis ſæculi, otio domeſtico frui &c. *maxime cum ſequentia*, mihi, *non* nobis *requirant.*

pag. 47. non queror, extorqueri de abſente ſententiam. *Conferatur Theod. lib.* 2. *hiſt. eccl. c.* 16. *& Ammian. Marcel. lib.* 15. *c.* 7.

ibid. raptim enim tunc hæc per nos ingerebantur. *Hæc, ubicumque ſeſe obtulit occaſio, præſtare non deſtitit Hil. Nam lib.* 1. *ad Conſt.* §. 3. *queritur; quod Ariani* „non ceſſant ore impio & ſacrilego animo Evangeliorum ſinceritatem corrumpere, & rectam Apoſtolorum regulam depravare.“ *Et poſt pauca:* „Quod ſimplices & innocentes ſub prætextu nominis chriſtiani involvant.“ *Rurſum libro ad eundem Conſt.* 2. *conſtanter ab ipſo exponitur fidei depravatio, & audientia enixe poſtulatur.*

pag. 48. ut ex his primum confeſſio potius fidei, quam pavor in homine intelligatur. *Pro eo, quod legitur:* quam pavor in homine, *placet Maur. edd.* quam favor in hominem; *quo & integer ſenſus reddatur, & evidens Hilarii*

ratio, cur ab Arelatenſis Synodi geſtis incipiat: ut *videlicet* primum ex his, ex quibus in eum, *Athanaſium* — qui adſenſus his — *Arianis* — non eſt, cepit injuriam *exſilii;* confeſſio fidei potius, quam favor in hominem intelligatur *in cauſa eſſe, cur ſacerdotes exilium ſuſcipiant, Quibus conſentanea ſunt hæc Sulpicii Sev. verba:* „Petebatur, ut priusquam in Athanaſium ſubſcribere cogerentur, de fide prius diſceptarent; nec tum demum de re cognoſcendum, cum de perſona judicium conſtitiſſet. Sed Valens ſociique ejus prius Athanaſii damnationem extorquere cupiebant, de fide certare non auſi. Ab hoc partium conflictu agitur in exilium Paulinus.“ *non tantum quia Athanaſium, ſed quia fidem tuebatur. Conf. Theod. lib. 2. hiſtor. eccleſ. cap.* 15.

FRAGMENTUM II.

49. Ut non religioſam ·tatem Clementiſſimorum peratorum lateret.

Theod. legit: ως μηδε την ακοην των θεοφιλεστατων βασιλεων λαθειν. *Magis cum Hilar. conſentit Athanaſ.* ως μηδε την Ευσεβειαν των ευλαβεστατων &c.

congregaverunt ex diver· provinciis & civitatibus am Synodum ſanctam.

Ex græcis exemplaribus legendum: congregaverunt nos ex diverſis provinciis & civitatibus, & hanc ſanctam Synodum in &c.

epiſcopo Ancyro-Galatiæ.

Addit Theod. & Aſclepa Ga-

zæ, *quod infra repetit conſentiente Athanaſio.*

pag. 49. qui pro Eccleſiis & pro omnibus nobis. — *In græco textu:* ὁ ὑπὲρ τούτων, *ſcil. Athanaſio & Marcello,* καὶ πάντων ἡμῶν.

ibid. & propter eas Eccleſias. — *Legit Athanaſius.* καὶ δι' αὐτοὺς, *Noſtro concinit græc. Theod.* ὁ δι' αὐτὰς.

ibid. Urſacio & Valente. — *Ex Theodoreto hic addendum:* Menophanto & Stephano.

pag. 50. nam etſi ex eo quo vocati ſunt &c. — *Legitur apud eundem:* Et quamvis ex eo, quod a dilectiſſimo Julio collega noſtro vocati non adfuerunt, & ex iis quæ ab eodem Epiſcopo Julio ſcripta ſunt, manifeſte patuit ipſorum calumnia: veniſſent enim &c.

ibid. qui tantum laborem — ſuſtinuit, ut omni. — *Ut integra fieret oratio; legendum hic eſſet:* qui — ſuſtinuit, omni.

pag. 51. miſſi affines & proximi &c. — *Brevius ex græco ſic reddere eſt:* miſſi aderant, comminiſtri advenerunt etiam cognati & amici eorum, qui per eos interemti ſunt. Et quod eſt maximum.

ibid. ut etiam Epiſcopos interfeciſſent. — *Ex græco ſupplendum:* Epiſcopos interficere tentarent; & interfeciſſent &c.

pag. 52. adverſus Eccleſias. — *Græcus ſermo hic poſtulat addi:* ipſorum & *mox:* conſcientiæ, *poſt vocabulum,* terrore.

ibid. teſtificati, qui præſentes fuerunt. — *Ex Athanaſio & Theodoreto ita corrigendus eſt hic locus:* teſtificati ſunt, qui venerunt ex Alexandria & Marcote & aliis locis, quod nihil tale factum.

ibid. ſimul tamen ipſis actis &c. — *Quod hic deeſt, ex Athanaſio & Theodoreto ita poteſt ſupleri:* ſimul tamen in ipſis actis interrogabant gentiles

& catechumeni: ex quibus unus catechumenus interrogatus dicebat, intus ſe fuiſſe, quando ſuperventum fecit Macharius; & alius interrogatus &c.

53. ſed male habentes jaerint.

Græce: και Ισχυρον μη παρεισαι; αλλα νοσουντα καταπιεσθαι.

in eodem loco.

Deſideratur in exemplaribus græcis: adeoque ſignificatur, Meletium non in Iſchyræ tantum patria, ſed nec in omni omnino Marcote, ullam habuiſſe Eccleſiam, vel miniſtrum. Ex quo ſequitur, neque Iſchyram presbyterum, qui nec a Meletio ordinatus ſit, nec ab Alexandrino Patriarcha.

54. judicatum epiſcopum ſtendiſſe.

Græce: των δικαιοσαντων επισκοπων εδειξεν.

In hunc locum Sozomenus l. 3. *c.* 12, *Aſclepam, ait, innocentem Sardicæ pronuntiatum eſſe* „eoquod Euſebii Pamphili aliorumque multorum judicium ſententia epiſcopatum ſuum recuperaſſet, & hæc vera eſſe actis judicialibus comprobaſſet.“

l. ſunt autem iſtorum poſt uſebium duo auctores.

Vocem, duo, *ſupervacaneam declarant exemplaria græca, in quibus legitur:* μετα τους περι Ευσεβιον ουν εξαρχοι: *niſi quis malit*: poſt Euſebios duos: *cui lectioni favet illud l.b.* 1. *ad Conſtant.* §. 5. „Nuper didicimus, commenta hæc fuiſſe inventa & a duobus Euſebiis:“ *præſertim cum ibi Georgio excepto, iidem fere Epiſcopi duobus Euſebiis adjungantur.*

pag. 54. & ad id ſolum venerunt &c.

Ex Theodoreto ſic reſarcire licet hunc locum: „Sed id ſolum; ut cum veniſſent, & dicis cauſa, — ἐπὶ πφοσωπεῖον — præſentiam ſuam oſtendiſſent, ſtatim fugerent.“

ibid. Ario ſcilicet ex Palæſtina, & Stephano de Arabia.

Hi duo Epiſcopi in græcis codd. Macarius & Aſterius cognominantur. In ſubſcriptionibus tamen Palæſtinorum apud Athanaſ. Arius non Macarius reperitur; & in epiſt. ad Solit. legere eſt, ab Arianis male affectos eſſe „Arium & Aſterium, alterum Petræ in Palæſtina, alterum Petræ in Arabia, qui ab ipſis deſciverant.“ *Unde nullum fere dubium eſt, quin pro* Stephano, *reſtituendum ſit* Aſterio, *qui infra* Aſturus *ſubſcribitur.*

pag. 55. nec habere eos liberam voluntatem.

Illud nec, redundat. *In græco pro* habere liberam voluntatem, unum legitur, ἰδιάζειν.

ibid. inulta retinere.

Melius exprimitur in græco: ſinere *vel* permittere *in quo mox habetur* τὰς πχαγὰς, *loco vocis* pugnas.

ibid. translationes de Eccleſia ad majores.

Græce: translationes de minoribus civitatibus ad Eccleſias majores.

pag. 56. optamus fratres vos in Domino bene valere.

Horumce verborum loco Athanaſius habet: Divina providentia ſanctos & lætos vos conſervet fratres dilecti; *dein Epiſcoporum ſubſcriptiones ſubjicit.*

ibid. Incipit exemplar epiſtolæ &c.

Eam ipſam epiſtolam ex collectionis Creſconianæ Caſſinate codice pervetuſto edidit Baron. ad an. 347. §. 23, *in quo*

caſtigatior hæc præfertur inſcriptio: Incipit exemplar Synodi Sardicenſis, factæ ad Julium urbis Romæ Epiſcopum.

7. illis contemnentibus. *Non ita male apud Baron.* illis confitentibus; *quia ſcil. fuga prodiderunt conſcientiæ ſuæ reatum, & confeſſi ſunt falſa eſſe, quæ adverſus Epiſcopos confinxerunt, vera autem, quæ pro illis tot ſacerdotes conteſtabantur: quod ſæpius repetit ſuperior epiſtola.*

8. id eſt, epiſtolis. *Hæc verba deſiderantur apud Baron. deinde legit:* Quos extra epiſcopatum Synodi ſententia declaravit.

2. conſtitutos non fuiſſe. *Sirm. ex Mſ. Remig.* conſtitutum eſt. *Ex utraque lectione facile hanc confeceris:* conſpicuum eſt mentitos; *adeoque libenter, inquiunt edd. Maur. præferremus:* quod eſſe patuit infectum: ut eos, qui poſtea indicarunt, conſpicuum eſt mentitos non fuiſſe.

4. exemplum epiſtolæ. *Epiſtolam hanc vivente adhuc Conſtante ſcriptam eſſe, planum eſt ex verbis Oſii apud Athanaſ. ad Solit. Eandem græce exhibet Athanaſ. apolog. 2. ad Conſtant.*

poſt renuntiationem Ortalium. *Qui ſcil. Hieroſolymis an.* 349. *convenerant, ut colligere eſt ex verbis Socrat. lib. 2. c. 24. ubi primum Maximus Concilio coacto* „Communionem & dignitatem priſtinam Athanaſio reſtituit.“ *tum* „Synodus Alexandrinis, & univerſis per Lybiam & Ae-

gyptum Episcopis, ea quæ de Athanasio statuta judicataque erant, per literas significavit: " *ac tandem* „his compertis Ursacius & Valens, qui prius Arianorum dogmati mordicus adhæserant, damnato priore studio Romam se conferunt. "

His suffragatur Athanasius Apol. 2. ubi descripta Synodi Hieros. epistola subjicit: „De se jam desperantes Ursacius & Valens Romam profecti, peccata sua cum poenitentia confessi sunt. "

pag. 65. Ego Ursacius Episcopus huic professioni nostræ subscripsi.

Horum loco apud Athan. habetur: Εγω Ουρσακιος ομολογια μου ταυτη παρων υπεγραψα, ομοιως και Ουαλης.

pag. 68. Arios duos profanissimæ fidei prædicatores extitisse.

Duos hic, quibus proprium Arii *nomen fuerit, prædicari, Sulpicio visum est; qui* „Duobus, *inquit*, Ariis, acerrimis perfidiæ hujus auctoribus imperator etiam depravatur: *Et certe primæ Arianarum partium fidei confessioni apud Epiph. hær.* 69. §. 8. *subscribunt Arii duo: duos etiam Alexander in encyclica apud Socrat. lib.* 1. *c.* 6. *inter. eos, qui ab Ecclesia defecerant, recenset; quorum tamen alter vix alicujus nominis fuisse, reperitur. Unde probabilius alii judicant, duos hoc loco ab Hil. Arianæ sectæ principes notari, Arium scilicet, & Eusebium Nicomed. Ariorum enim vocabulum, non hominis unius alteriusve proprium, sed te-*

tius ſectæ, commune ipſi fuiſſe, conſtat ex his lib. de Syn. §. 83. „Placeat, quod ab Ariis ſit negatum“ & *mox:* „ipſa Ariorum perfidia.“

69. non extanti creationis ubſtantiæ.

In Pith. Mſ. ſubſtantia: *ex quo legendum forte:* de non extanti creationis ſubſtantia: *vel* non extantis creationis ſubſtantiam.

. non ex altero.

Rectius: aut ex altero: *Nam* ex altero *intelligit Hil.* ex altera ſubſtantia. *Unde l. 6. de Trin. c. 16. ait:* „Uniuscujusque intelligentiam conſulo, quid exiſtimet in eo, cum dictum ſit, ex ipſo: utrumne ex altero intelligendum ſit, anne ex nullo; an vero ipſe ille credendus ſit? Ex altero non eſt, quia ex ipſo eſt &c.“

71. incognitæ creationis.

Non male legeretur: congenitæ *vel* in eo genitæ *Conf. lib. 8. de Trin.* §. 50. „Primogenitus itaque omnis creaturæ eſt, quia in ipſo creata omnia ſunt.“ *Et paucis interjectis:* „Primogenitus quoque omnis creaturæ eſt, continens in ſe univerſitatis exordium.“

72. Et cum ſit Pater in io &c.

Hic locus ita reſarciendus videtur: „Ut cum ſit Pater in filio, & filius in Patre, & Spiritus accipiat ex utroque; in eo quod Spiritus exprimitur ſanctæ hujus inviolabilis Trinitatis unitas, hæretica parte parturiat Trinitas pronuntiata diſſidium.“

unum ambo, & uterque

Quod hic deeſt, facile intelli-

unum, & in perſonali nomine Patris &c.

gitur, Patrem ſcil. & filium natura unum eſſe, cum uterque unus Deus ſit, ſub nomine tamen ac proprietate perſonali, quod jam declaratum §. 25. his verbis. „Fides noſtra hæc eſt, in Patris & Filii nominibus perſonisque Deus unus.“ *Unde conjectant edd. Maur. legendum eſſe.*

„Unum ambo, & uterque unum. Et in Patrem unum, quia unus perſonali nomine Patris: & in Filium unum, quia unus eſt de uno, *vel rurſum* quia unus eſt perſonali nomine filii: *& poſtea* & in Deum unum, quia unus eſt de utroque.“

pag. 73. Sardicenſis Synodi oratio.

Hiſtoriæ damno excidit hæc epiſtola, quam memorant Patres Sardicenſes ſupra §. 12. hujus fragm.

FRAGMENTUM III.

Pag. 74. Decretum Synodi Orientalium apud Sardicam.

Mentito quidem nomine ita compellarunt Ariani pſeudo Synodum Philippis in Thracia ſub eodem tempore habitam, quo celebrata eſt vera Synodus Sardicenſis; cujus geſta Auguſtino & Alypio ita latuerunt, ut illam unam pro Sardicenſi habuerint. In eodem errore fuiſſe Hil. in libro de Syn. Faber cum multis exiſtimat, ſed nulla hoc ratione perſuadent. Imo fidei confeſſionem ibi editam non œcumenicæ Synodi, ſed unorum Orientalium eſſe, conceptis

verbis indicat: *& cum ceteras eorundem formulas e locis ubi ſcriptæ ſunt, inſcribat, ea una ſuppreſſo invidioſo loci nomine, ſimpliciter ab eo inſcribitur*, Fides ſecundum Orientis Synodum. *Equidem in Conſtant.* §. 23. *hanc Synodum* Sardicenſem *vocat: verum cum in toto hoc libro inſignem rerum Orientalium peritiam oſtendat, hujus unius certo ignarus haud fuerit.*

4. quod miſerunt ad Afri- I. *Scil. ad partem Donati in Africa exiſtentem, cujus ſocietatem adpetierant Ariani teſte Aug. qui quod libro* 3. *contra Creſcon. c.* 34. *velut ex conjectura* „Africanam, *inquit*, hæreſin Orientalis hæreſis ſibi tentavit adjungere“ *ep.* 44. §. 6. *ex publico rumore confirmat his verbis:* „Quoniam neſcio, quando audieramus, Arianos cum a communione catholica diſcrepaſſent, Donatiſtas in Africa ſibi ſociare tentaſſe; ad aurem mihi hoc ipſum frater Alypius ſuggeſſit.“

5. concupiſcentia nitenti. *In Archetypo exempl.* concupiſcentiam intenti. *Forte legendum*: cum licentia impudenti *vel* cum audacia ingenti.

6. Nam cum ipſo Maro a parentibus noſtris in ıſtantinopolim civitatem. *Hæc niſi prorſus ſupervacanea ſint; deſiderari nonnulla manifeſtum eſt. Aut certe legendum*: anathematiſata ſunt cum ipſo Marcello a parentibus noſtris in Conſtantinopoli civitate?

pag. 80. per omnem viam reditus ſui Eccleſiam ſubvertebat.	*Quæ biſce criminationibus locum dedere*; *narrat Socr. l.* 1. *c.* 3. & 15. & *l.* 2. *c.* 24.
pag. 81. Ideo quia & alii quique in prætorium &c.	*Hunc locum ita corrigendum arbitrantur edd. Maur.* alii quique, qui in præteritum pro ſuis facinoribus dejecti ſunt, nunc cum Marcello & Athanaſio conjuncti ſunt: dicimus autem Aſclepam, qui &c. *Certe*, inquiunt, *hypocritæ illi, ſummum ubique eccleſiaſticæ diſciplinæ ſtudium obtendentes, prudentiores erant, quam ut prætorii judicium ſe vindicare jactitarent. Sed & infra* §. 15. *jam ſine mendo legere eſt, ea auſcultanda eſſe, quæ* a Patribus contra ipſos in præteritum fuerant judicata.
pag. 82. Voluerunt autem etiam Orientalibus Epiſcopis, & veniunt &c.	*Supplendum videtur:* Epiſcopis id imponere, *aut ſimile verbum*; *ac deinde legendum eſſe:* ut veniant &c. *hoc eſt, cum judices eſſe deberent, non defenſores & rei.*
pag. 83. In Concilio quater ſententiis Epiſcoporum ſubſcribens.	*Difficulter hanc ſententiam cum alia* §. 22. *Fragm. ſup. conciliaveris*; *ubi* „nullam *ait*, unquam adverſus Marcellum, præter eam quæ Sardicenſibus eſt diſſoluta ſententiis, deinceps Synodum fuiſſe contractam.“
ibid. aliquantulum vivere.	*Forte*: removere, *aut* remotos vivere.
ibid. non eorum quisquam praviſſimam mentem — obſcurant.	*Mendum, quod hic ſubeſt, ita poteſt emendari*, nam eorum quisque praviſſimam mentem — — occultabat; *vel* cum eorum quisque — — occultaret.

4. conscientia forte mala. *Plenior sic esset hæc sententia:* conscientia forte mala prohibebantur, qua eorum unusquisque timebat, nudari ab aliquo, qua palam fieri &c.

6. Dionysium ab Elica. *Ita Ms. Pith. In Remig quem vidit Sirm. exstat*, ab Etica: *superioribus Sardic. literis duo subscribunt Dionysii; alter* ab Achaia de Lignedon, *alter* ab Arcaida de Elida. *Athanasius in apol. Dionysii* ἐν λήιδι *meminit.*

io Thessalonicensis Proeni. *In Ms. Sirm. legitur*: Thessalonicensi Protogenis. *Quodsi loco* Protogenis, *mutato ut sæpe fit* i *in* e, *legatur* Protogenes: *efficietur non Episcopum Thess. Potogeni, sed hunc illi multa crimina objecisse.*

Præterea apud Labbæum extat Joannes Thessalonicensis. *De vero hujus Episcopi nomine non constat. Utrum fuerit Alexander, notus a Core Tyrio Thessalonicæ Episcopus, an vero Eremius quem hujus civitatis antistitem memorat Athanas. apol. ad Const. pag.* 692. *cui vis in Conc. Mediol. illata sit, donec ab Athanasii communione se recessurum promitteret.*

Probabilius idem ille hic intelligere est, qui in Syn. Sard. Occidentalibus junctus, ita subscribitur: Aethius a Macedonia de Thessalonica. *Forte etiam literæ* io *non sunt primæ, sed postremæ nominis Episcopi Thessalonicensis; ad-*

	eoque nihil vetat, quominus legatur: Aethio Theſſaloniceenſi Prothogenes.
pag. 87. non enim ſecundum nos.	*Hic deſideratur* eos, *ante* nos, *ſcil. ad morem eorum nos &c. deinde poſt* rectores, *bis repetendum verbum*, ſumus.
ibid. propter quos.	*Legit Sirm. ex Mſ. Remig.* per quos.
pag. 92. Quimatio.	*Legendum:* Cimatio; *cujus nominis duos extitiſſe unum Palti; alterum Tarudi, in exilium ab Arianis detruſos, Athanaſ. ad Solit. memorat. Ex eodem ad Antioch. p.* 575. *conſtat, alium hic a Cimatio Palti deſignari, quippe qui poſt Concilium Alexandr. anni* 362. *adhuc ſuperſtes fuerit.*
ibid. collegas noſtros Epiſcopos.	*Narciſſum, ſcil Marim, Theodorum & Marcum, quos aliquot menſes poſt Conc. Antiochen. an.* 341. *ab Euſebianis ad Conſtantem in Gallias amandatos eſſe, refert Athanaſ. lib. de Syn. pag.* 894.
ibid. indeo croniti Marcelli mixta Sabellio & Paulo, inde artem.	*In Mſ. Sirm. extabat.* judeo croniti *ſuſpicio eſt, hic notari Marcelli doctrinam cum judæis facere, eumque judæo errore eſſe imbutum. Mox pro* inde artem, *idem Sirm. in Mſ. Remig. reperit,* Juda artem: *unde legendum forte:* ſectam judæo uniti Marcelli juxta Sabellium & Paulum judaizantem. *Verum hujus loci ſenſus repeti poteſt ex §. 2. hujus Fragm. ubi inducitur Marcellus aſſertiones ſuas* „nunc falſitatibus Sabellii, nunc malitia Pauli Samoſatenſis,

nunc blasphemiis — — — aperte permiſcens, unamque confuſionem de ſupradictis faciens „*vel ex* §. 4. *ubi* „reſtaurans Pauli Samoſatenſis & artes & dolos“ *prædicatur.*

pag. 94. Quintianus a Taxe. — *Legendum*: a Gaza. *Is enim eſt, qui Aſclepæ ſedem uſurparat, de quo Fragm. ſup.* §. 8.

ibid. Dion Epiſcopus a Cæſarea. — *Dianæus Cæſareæ in Cappadocia Ep. de quo vide Sozom. lib.* 3. *c.* 5. *& Baſil. Ep.* 86.

pag. 95. Euſebius Epiſcopus a Dorlani. — *Videtur ejus urbis fuiſſe, quæ in tab. Peutinger.* Zorlanis, *& apud Anonym. Ravenn.* Scrolanis *dicitur.*

ibid. Pancratius a Pernaſo. — *Forte* Parnaſo, *in finibus Galatiæ & Cappadociæ.*

ibid. Quirius a Marcota. — *Corrupte hic ſcribitur, quem Iſchyrium fuiſſe narrat Soz. lib.* 3. *cap.* 21.

pag. 96. Piſon a Vanis. — *Forte:* ab Adanis: *ut ſit ille Piſo Adanorum, qui apud Socraten lib.* 3. *c.* 25. *Concilio Antioch. ſubſcribit. vel* a Varnis, *legendum, ſede epiſcopali ſub Edeſſa metropoli?*

FRAGMENTUM IV.

Pag. 98. Exemplum epiſtolæ Liberii &c. — *De vero hujus epiſtolæ auctore diſceptatio eſt inter eruditos: ſunt, qui cum Bar. in app. Tom.* 3. *ad an.* 352. *Liberii eſſe negant, ſequentibus nixi fundamentis: Primo Athanaſium nullo umquam vel levi verbo indicare, Liberium ante exilium a ſua ipſius communione receſſiſſe, contra-*

rium potius in fine apol. ad Conſt. atque præclarum iſtud innocentiæ ſuæ adferre teſtimonium, quod ille omnia pati, quam ipſius cauſam prodere maluerit.

Eundem porro Athanaſium, ubi ad Solit. pag. 837. *præmiſerat*, „Liberius poſt exactum in exilio biennium inflexus eſt, minisque mortis ad ſubſcriptionem inductus:" *Statim adjicere* „Verum illud ipſum & eorum violentiam, & Liberii in hæreſin odium, & ſuum pro Athanaſio ſuffragium, cum liberos affectus habebat, ſatis coarguit:" *Quo parum certe cauſam ſuam juvaret, ſi Liberius initio Pontificatus, nemine cogente, ipſum a ſua communione repuliſſet.*

Sed & Liberium, quantum ab Athanaſio damnando ſemper abhorruerit, palam declaraſſe, cum Euſebio eunucho ipſius contra Athan. ſubſcriptionem expoſcenti, ita fortiter reſpondet; eum „quem non una, ſed jam altera Synodus probe ab omni crimine liberum pronuntiavit, & Romana Eccleſia cum pace dimiſit," *minime ſe poſſe damnare; neque abſentem averſari* „quem, *inquit*, præſentem dileximus, & habuimus in noſtra communione."

Denique cum hæc non ſolum Romæ Euſebio, ſed & Mediolani Conſtantio, præ-

ſentibus Epicteto & Euſebio reſponſa dediſſet, nemini unquam veniſſe in mentem, ut Athanaſium jam ſemel ab ipſo damnatum fuiſſe objiceret.

Ad hæc reſpondent alii, Athanaſium modeſtiæ & amicitiæ cauſa, Liberio jam correcto, & in ſua communione perſeveranti peperciſſe; ac prudenter reticuiſſe, quod ille judicio præcipiti commiſerat: Liberium vero cum Orientalium literis permotus eſſet, hanc epiſtolam ſcripſiſſe quidem, ſed ab ea in lucem edenda literis Aegyptiorum revocatum eſſe, donec exilii impatiens, quo Orientalium ſibi gratiam conciliaret, eam divulgandam exiſtimarit.

Verum iſta ex meris conjecturis adlata, ex ipſis Liberii ad Orientales literis refelluntur; iis maxime quæ Fragm. VI. §. 5. & V, §. 2. continentur. Ex eodem hoc Fragm. V, §§. 1. & 6, nec non ex ſubſeq. §. 4. conſtat, Liberium non modo Mediolani an. 354. ſed & Arelate 353. a Conſtantio per legatos petiiſſe „ut juberet, ſicut ipſi jamdudum placuerat, Concilium ad Aquilejam congregari“ *quo Athanaſii cauſa tractaretur: Ex quo recte conſequitur, Liberium jam ab anno 352, hoc eſt Pontificatus ſui initio, concilium petiiſſe, & petitum Imperatori placuiſſe. Vix enim illud,* dudum, *arctius poteſt,*

quam ad annum ſuperiorem reſtringi. Nullum igitur relinquitur tempus, quo Athanaſius a Liberio citatus, & ab ejusdem communione ſeparatus judicetur.

Quæ cum ita ſint, concludunt edd. Maur. hanc epiſtolam ab Arianis confictam eſſe, eo conſentimus libentius, quo plures hujusmodi literas tum Athanaſii, tum Imperatoris nomine, circa idem tempus ab iisdem editas eſſe. demonſtrat Athanaſ. ipſe Apol. ad Conſt. pp. 680. & 686. *quod etiam confirmat Sardic. Conc. in quo* „lectæ ſunt literæ factæ a Theognito falſæ adverſus Athanaſium & Marcellum“ *vide Fragm. II.* §. 3.

Quæ huic epiſtolæ appendicis in modum ſubjiciuntur; itidem conficta ab Arianis cenſent, qui totam ipſis epiſtolam tribuunt: indignum exiſtimantes Hilario, dignum Arianis eſſe, ut laudetur opus, quod omnium vituperationem mereatur. Secus arbitrantur Patres Maur. ſed quas ſuperioris epiſtolæ laudes plerique putant, meram eſſe ironiam. Suſpicantur etiam Potamium & Epictetum epiſtolæ ejusdem architectos hic ſignificari, ac pro, audire hoc noluerunt, *legendum eſſe:* audere hoc potuerunt? *adeo ut ab his ſeductus Fortunatianus — qui teſte Hieronymo de ſcript. Eccl. c.* 97. „in hoc habetur deteſtabilis, quod Libe-

rium Romanæ urbis Epiſcopum pro fide ad exilium pergentem primo ſollicitavit, ac fregit; & ad ſubſcriptionem hæreſeos compulit" — *eandem epiſtolam diverſis Epiſcopis miſerit, ut eos ab Athanaſii communione retraheret: ſed nihil profecerit tamen; quia probe notum erat omnibus, Athanaſium Aegyptiorum opera a Liberii communione numquam excidiſſe. Si hæc ita ſe habent, hæc epiſtola, anno* 355, *quando in exilium expulſus eſt Liberius, conficta ſit, neceſſe eſt.*

98. de nomine. *Id eſt*, de condemnatione, *ut interpretatur Hil. ipſe Fragm. VI.* §. 4.

ad unanimitatem noſtram. *Legendum videtur:* veſtram: *niſi illud* noſtram *ita velis intelligere; quaſi* ad unanimitatem inter nos ſervandam.

99. ut de ſubjectis intellitur. *Scil. ex ſequentis Fragmenti* §. 2. *quod cum in archetypo Mſ. in prima horum Fragm. parte, hoc autem, quod præ manibus eſt, in ſecunda tantum locum obtineat: ſequitur, utramque partem ad Hil. pertinere, nec bene a Blondello & aliis eam illi aufferri, quæ in Mſs. prima eſt; deinde Fragmentorum ordinem in Mſs. inverſum eſſe, ſiquidem ibi quintum inveniatur ei præpoſitum, cui ſubjiciendum eſſe Hil. declarat. Vid. præf. gen. in ſcript. Hilar. Tom. I. pp.* LXXVII. & LXXXII. *ſeq.*

FRAGMENTUM V.

Pag. 99. Incipit epiſtola legatorum.

Luciferi nimirum Epiſcopi Calaritani; Pancratii presbyteri, & Hilarii diaconi, quorum conſortio junxit ſe Euſebius Vercel. Liberii epiſtola invitatus.

Hanc epiſtolam, convenit inter eruditos, ann. 354. *ſcriptam eſſe; & ut poſt Baronium Pagius exiſtimat, adhuc agente in Galliis Conſtantio, qui ſub ejusdem anni exitum, teſte Ammiano lib.* 14, *c.* 4, *in Italiam ad hiberna ſeceſſit.*

ibid. quo poſſit — mentis meæ propoſitum apparere.

Legit Bar. qui eandem epiſt. ad annum 354. §. 2. *refert:* quo poſſim — aperire.

pag. 100. manſuetudinem tuam fueram deprecatus.

Fecerat id anno ſuperiore per Vincentium Capuanum, qui Arelate cum Arianis in Athanaſii condemnationem conſenſit.

ibid. ne eorum.

Bar. nec eorum *forte* tunc aut de hinc eorum, *ſubaudito vocabulo* cauſæ.

ibid. octoginta epiſcoporum.

Apud Bar. ſeptuaginta quinque, *ſed octoginta ex Aegypto ad Julium ſcripſiſſe, memorantur Fragm. II.* §. 10, *atque hos ipſos in gratiam Athanaſii ad Liberium literas dediſſe, poſtremis ſuperioris Fragm. verbis declaratur.*

pag. 101. cum apud Mediolanum Arii ſententiam hæreticam noluiſſent damnare.

Narrat poſt Athanaſium Socr. lib. 2. §. 19. *Orientales triennio poſt Conc. Antioch an.* 341. *prolixam fidei formulam conſcripſiſſe, eamque per Eudoxium, Macedonium & Martyrium ad Epiſcopos Ita-*

liæ miſiſſe: ex quorum adventu nata videtur hujus Conc. occaſio; in quo quatuor illi Epiſcopi Arii hæreſin damnare recuſarunt. Hoc namque Occidentalium erat in more poſitum, ut in Conc. ſuis cum ceteris hæreſibus Arianam condemnandam proponerent. Unde quod hic a prædictis Epiſcopis, hoc ipſum anno 347. ab Urſacio & Valente in eadem civitate exactum fuit, ut ipſi declarant Fragment. II. §. 20. Id quoque in Arelatenſi Synodo anno 353. præſtitum. Et Athan. lib. de Syn. pag. 876. teſtis eſt, ea ratione Arimini patefactam eſſe Urſacii & Valentis vafritiem, quod „Episcopis proponentibus, ut ceteræ cum Ariana damnarentur hæreſes reliquisque omnibus ad id conſentientibus, Valens & Urſacius cum ſociis abnuerint.“

§. 101. undecim tàm presbyteros, quam etiam diaconos.

Horum Athanaſius ad Solit. videtur catalogum texere; ubi conqueritur quod „Arianis, neque illis novitiis, ſed veteranis, ac jam olim cum Ario ab Alexandro Epiſcopo damnatis Eccleſiæ, *catholicis ereptæ*, donentur. Ita in ſuperiori Lybia ſecundus, in Alexandria Euzoius Chananæus, Julius, Ammon, Marcus, Irenæus, Zoſimus, Serapion cognomento Pelecon, & in Lybia Siſinnius cum juvenibus ejusdem ſe-

cum hæreſeos cultoribus eccleſias accipiunt.“

FRAGMENTUM. VI.

Pag. 103. Liberius — hanc uniformem epiſtolam confeſſoribus ſcripſit.

Baronius ad an. 355. §. 32. *eandem epiſt. exhibet: quam in actis quidem S. Euſebii ad unum Euſebium, in cod. autem Vat. tum ad ipſum, tum ad reliquos exules ac demum in pluribus aliis exemplaribus, ad omnes confeſſores, diverſis in locis exulantes, encyclicam inſcriptam eſſe, teſtatur. Cui inſcriptioni favet, quod hanc* uniformem *Hil. nuncupet. Certe Paucratio presbytero, & Hilario diacono, qui una cum hic nominatis eandem exilii ſortem perpeſſi ſunt, ſimul dicata eſſe, dubitari vix poteſt.*

Porro non ambiguum eſt, hanc epiſtolam ad eos maxime directam eſſe, qui in Concilio Mediol. an 355. *ob conſtantem fidei atque Athanaſii defenſionem in exilium ejici meruerunt; illamque ſtatim poſt Conc. eo ipſo anno* 355. *ſcriptam eſſe.*

Quocirca ſi temporum ordinem ſpectes, ſequentes tum ad Cæcilianum, tum ad Oſium literæ non ſolum ante hanc epiſtolam, ſed & ante ſuperius Fragmentum erunt collocandæ. Sed turbari non debet, qui Hilario interdum placuit, rerum non temporum ordo.

pag. 104. parem vobis dignetur me Dominus efficere. Et quia.

Apud Bar. præmia nobis dignetur afferre. Et quia.

4. ad Cæcilianum. *Mſ. Sirm.* Aelianum. *Et quidem hujus nominis Epiſcopus apud Athanaſ. Sardicenſi Synodo ſubſcribit.*

Hæc epiſtola poſt recentem Vincentii lapſum, adeoque vel exeunte anno 353, *vel inchoante* 354. *exarata fuit.*

c dicit: Inter hæc. *Bar. in cod. Vat. unde eadem Liberii verba deſcripſit, legiſſe videtur*, inter alia, *ut hæ duæ voces cum ſuperiori verbo* dicit, *connectantur; ſintque Hilarii, ſe non integras Liberii literas deſcribere, monentis.*

5. noviſſimus delator, ententiis contra Evanm commodare conſen- *Apud Bar.* delator exiſtere: nam videtur ſententiis accommodaſſe conſenſum. *Quæ ſi vera ſit lectio, nondum certus erat Liberius, an revera commodaſſet. Et Athanaſius quidem apol. ad Conſt. pag.* 692. *narrat, Vincentium vim non mediocrem, contumeliasque perpeſſum eſſe, donec ab ipſius communione ſeſe abſtinere promitteret, ſed utrum poſtea quidquam contra fidem, ejusve perſonam ſubſcripſerit, non refert.*

An in eandem ſimulationem abierit Marcellus, Liberius ſilet; unum dolens Vincentii lapſum, eo graviorem, quo illuſtrius ipſi in Eccleſia nomen erat, de quo poſtea Damaſo apud Theod. lib. 2. hiſt. eccl. cap. 21. *dicere licuit, nullum adverſus fidem præjudicium eſſe debere ex numero Epiſcoporum Arimini congregatorum, Romano epiſcopo*

	& Vincentio non conſentientibus.
pag. 105. Liberius miſſus in exilium, univerſa in irritum deduxit.	„Poſt exactum, *inquit Athanaſ. ad Solit.* in exilio biennium inflexus eſt, minisque mortis ad ſubſcriptionem inductus.“ *Ex quo efficitur tres ſubſequentes epiſtolas brevi intervallo invicem ſubſecutas eſſe, ac probabilius primam ad annum* 357, *alias ad* 358. *pertinere.* *Easdem Baron. ad an.* 357. §. 34. *ex Creſconiana collectione, & duobus codd. deſcripſit.*
ibid Athanaſium non defendo.	*Mſ. Pith.* non defendi.
pag. 105. & 106. amoto Athanaſio a communione omnium noſtrum, cujus nec epiſtolia a me ſuſcipienda ſunt, dico &c.	*Apud Bar.* amoto Athanaſio, ſuper quo ſtatuta omnium veſtrum a me cum ſede apoſtolica ſuſcipienda ſunt, dico — *Et mox:* unitatem, *non* unanimitatem.
pag. 106. me vera fide per hanc epiſtolam ea loqui.	*In exemplaribus Bar.* me veram fidem per hanc epiſtolam meam proloqui. *Poſtea deſiderari videtur*: quam propoſuit.
ibid. libenti animo ſuſcepi &c.	*Bar.* ſuſcepi, in nullo contradicens. Sane petendam credidi &c. *iis omiſſis quæ his interpoſita ſunt. Et quamvis in noviſſima ed. ea ipſa additamenta in Creſcon. collectione ſe offendiſſe fateatur, ea tamen Hilarii eſſe prorſus negat.* *In Mſ. Pith. poſt verbum*, ſuſcepi, *uno eodemque contextu ſequitur:* ſanctus Hilarius anathema illi dixit: anathema tibi a me &c. *ex quo haud temere opinari li-*

cet; hæc verba in antiquiore exemplari ad marginem duntaxat adſcripta: poſtea imperiti alicujus librarii opera in textum irrepſiſſe.

06. Junior. *Mſ. Remig. Sirm.* & ceteri juniores, quibus credidit, omnes hæretici. *Baronius omiſſis ceteris, ſimpliciter legit,* & alii. *In ipſius autem appendice ad an.* 355, *rurſum* Junior *inter eos nominatur, qui contra Athanaſium in Conc. Mediolanenſi ſubſcripſerunt.*

107. Athanaſium, qui xandrinæ Eccleſiæ Epis- us fuit &c. *Hic locus ex Mſ. Sirm. utcumque reſtauratus, in Pith. cod. antea ita vulgatus erat:* Epiſcopus fuit; priusquam ad comitatum ſancti Imperatoris ſecundum literas Orientalium Epiſcoporum, & ab Eccleſiæ Romanæ communione ſeparatus eſt, ſicuti teſte eſt &c.

Apud Bar. autem: Epiſcopus fuit, priusquam ad comitatum ſancti Imperatoris perveniſſem, ſecundum literas Orientalium epiſcoporum ab Eccleſiæ Romanæ communione eſſe ſeparatum.

Quæ verba cum Bar. ita intelligat, quaſi dicat Liberius, ſe ante exilium ſuum, priusquam ad Imperatoris comitatum accerſitus, perveniſſet, ſecundum literas Orientalium Epiſcoporum, Pontificatus ſui initio acceptas, Athanaſium ab Eccleſiæ R. communione ſeparaſſe: neceſſe *fuit, totam ipſi epiſtolam adulteri-*

nam, atque eorundem, quorum ſuperior illa Fragm. IV. ſuppoſitam videri.

Sed præterquam, quod nec Hilarii auctoritate hæc opinio, nec ſtili a ceteris Liberii literis diſcrepantia fulciatur. Recepta etiam ultro Bar. lectione, Liberii ad Imperatorem, ſalva hujus epiſtolæ veritate, intelligetur adventus; non quidem, ut ille interpretatur Roma Mediolanum, unde relegatus eſt, ſed Berœa, quo relegatus eſt, Sirmium. Cf. Soz. lib. IV. c. 15.

pag. 107. teſte eſt omne presbyterium Eccleſiæ Romanæ. — *Apud Bar.* teſtis. *Conjectare eſt ex hoc loco, Liberium ſtatim poſt defectionem Clero Romano literas ſcripſiſſe, iis fere ſimiles, quas proxime Vincentio dedit: quibus enixe rogat, ut de ſua cum Orientalibus pace, quamprimum Imperatorem certiorem faciat.*

ibid. ſeu Epiſcopi. — *Perinde eſt, atque* ſimul & reliqui Epiſcopi.

ibid. Fortunatianum petii, ut cum literis &c. — *Apud Bar. & in Mſ. Sirm. epiſtola hæc auctior exſtat in hunc modum:* „petii, ut literas meas ad clementiſſimum Imperatorem perferat, quas ad Orientales Epiſcopos feci, ut ſcirent ipſi una ſecum Athanaſii communione me eſſe ſeparatum; quas credo quod pietas ipſius pro bono pacis gratulanter accipiet; quarum exemplar etiam Philagrio Imperatoris eunucho prodat, — *vel ut habet Sirm.* — etiam Hilario

Imperatoris fideli direxi. Pervideat caritas veſtra hæc me benigno & innocenti animo geſſiſſe. Quapropter convenio vos his literis meis, & adjuro per Deum Omnipotentem, & Chriſtum Jeſum filium ejus, & Dominum noſtrum — *ſolus Bar. ſubjicit* — & Spiritum Sanctum, ut digneminí ad elementiſſimum Imperatorem, Conſtantium Auguſtum pergere, & petere, ut bono pacis &c.

Hæc verba non intricata modo, ſed & interpolationis ſunt valde ſuſpecta. Repugnant quippe iis, quæ §. 5. Orientalibus perſcripſerat Liberius. Contra nitida eſt, & ſuperiori epiſtolæ conſentanea lectio Pith. cod. quem noſtram fecimus.

7. magnum ſolatium von die retributionis actis.

Bar. magnum etiam præmium vobis &c. *Sirm Mſ* magnum enim præmium vobis in die tribulationis acquiretis.

8. de exilio Liberius entio.

Literarum, poſt defectionem ſuam a Liberio perſcriptarum, hic probabilius ordo ſtatui poteſt: ut primum Imperatorem, eodemque tempore clerum Romanum mutati conſilii ſui per Fortunatianum certiores fecerit; deinde Orientales per literas monuerit, ſe cum iis pacem atque ab Athanaſii defenſione diſceſſiſſe; tum Vincentio, ejusque opera cunctis Campaniæ Epiſcopis, communionem cum Orientalibus initam ſignifi-

	carit ; ac poſtremo cum ad Imperatoris comitatum pergeret, literis datis Valentis Urſacii &c. gratiam ſibi tentarit conciliare.
pag. 108. frater. Item manu ipſius paginæ perſcriptæ.	*Apud Bar.* Domine frater cariſſime. Item manu ipſius in eadem pagina conſcripta.

FRAGMENTUM VII.

Pag. 109. Nec hujusmodi.	*In Mſ. Pith.* ne hujusmodi. *Forte melius:* de hujusmodi *ſubintelligendo*, rebus, *de fide ſcil & unitate, ſicque hic erit integer ſenſus:* cum penitus amputatis de *rebus* hujusmodi quæſtionibus cunctis, *quæ ſunt* ſectanda commonuerit. Res tamen iſta &c.
pag. 110-11. piam Eccleſiam totiens exhibuit juxta Urſacium &c.	*Forte:* piam ſe Eccleſia totiens exhibuit erga Urſ.
pag. 111. hæretici SS.	Pro duplici SS., quod interpretari licet, ſupra ſcripti; in Græco Athanaſii extat: προεσιγημενοι.
ibid. appendix ſuperioris fragmenti.	*Ex cod. Derventſi, in quo poſt exemplar fidei Nicænæ, & proxime ante ſymbolum S. Athanaſio adſcriptum legitur; hoc Fragm. primus edidit Nic. Faber, a ceteris quæ Hilar. nomen præ ſe ferunt, proprio appendicis nomine diſtinctum.*

FRAGMENTUM VIII.

Pag. 112. Sequitur epiſtola Ariminenſis.	*Hæc epiſtola teſtibus Socrate l. 2. c. 37. & Athanaſio de Syn. latine primum ſcripta, in græcum ſermonem translata eſt, neque ab his ſolum, ſed*

& Sozom. lib. 4. cap. 18, & Theodoreto lib. 2. hiſt. eccl. cap. 15. cum inſigni varietate deſcribitur, quam græcis interpretibus tribuendam eſſe probat Valeſius in laudatum Socrat. locum.

13. ſalutis tuæ, quam per obtinuimus.

Ex Fragm. ſup. §. 3, ubi eadem alio verborum ordine explicantur, facile ſuppleveris: ſuſcepimus *niſi malis*; ſuſceptam ſemper obtinuimus, *pro* quam ſemper.

ſanctorum aliquid muti-, & eorum qui.

Id eſt: aliquid ex iis mutilare, quæ ſancita ſunt, & præſertim, quæ eorum ſunt, qui in Nicæno tractatu &c.

Conſtantino præſente &c.

Verba ſequentia usque, regendi orbis accepit, *Valeſius ſuo loco mota, & initio hujus §. ante. Ideo* Urſacius &c. *ponenda exiſtimat. Græca tamen exemplaria, etſi ab hoc latino in multis diſcrepantia, haud alio ordine exhibent. Quia vero voces*, Conſtantino præſente, *antea cum præcedentibus copulatæ erant, illas multi ſic intellexerunt, quaſi Conſtantinus Mediol. Conc. interfuiſſe diceretur: Quod cum repugnet; variis indulſere conjecturis, a vero non parum abhorrentibus, quas videre eſt apud Petavium in ſingulari diſſert. de Photino, quam Labb. Tom. II. Conc. p. 730. magnam partem tranſtulit.*

cum & ipſi præterito-n catholicorum ſecundum ipturas cuncta ſervave-

Ex græca verſione: οι απο της κατα τον παλαιον της καθολικης εκκλησιας διαιρεσει, απαντα φρο-

runt, manſiſſeque in hæc tempora.

νοῦντες δια μεμενηκασιν. ων ὁ Θεος την πιστιν &c. *Sic reſtaurare licet hunc locum:* cum & ipſi præteritorum catholicæ Eccleſiæ ſcriptorum cuncta ſervaverint: quorum fides manſit usque in hæc tempora &c.

pag. 113. regendi orbis accepit.

Supple: poteſtatem regendi &c. *Poſt hæc verba Valeſius ex græco ſermone hic ſupplevit:* Verum miſeri homines, & infelici ſenſu præditi, iterum auſu temerario ſe præcones impiæ doctrinæ renuntiarunt, & nunc etiam &c.

pag. 114. inſtituta vetera rationabilia ſervari &c.

Hunc locum Valeſius græci ſermonis ſubſidio ſic reſtaurat: inſtituta vetera, rata atque inviolabilia ſervari. Ad inſtruendam igitur Clementiam tuam legatos noſtros direximus Concilii ſententiam per literas noſtras nuntiaturos: quibus hoc ipſum ſolum mandavimus &c.

ibid. non hoc, quod promiſerant.

Supple: non hoc quod a veteribus ſtatutum eſt. *Deinde verba*, quod promiſerunt; *græci* vertere: ωσπερ εφησαν.

pag. 115. decem legatos.

„Sed ex parte noſtrorum, *inquit Sulpicius*, leguntur homines adoleſcentes, parum docti, & parum cauti: ab Arianis autem miſſi ſenes callidi, & ingenio valentes, veterno perſidiæ imbuti, qui apud Regem facile ſuperiores exſtiterunt.“

FRAGMENTUM IX.

6. Exemplum fidei.

Titulus iſte non tam ad ſubnexam epiſtolam quam ad Ariminenſem extenſin, quæ hinc dilapſa ſit, pertinere videtur: aut certe ſi genuinus hujus epiſtolæ ſit, hoc Fragmentum veluti continuatio ſuperioris conſiderari debet, cum quo etiam in Mſ. Pith. cohæret.

Tempus, quo ſcripta ſit hæc epiſtola, probabilius annus 359. *ad finem vergens ſtatuitur. Certe enim miſſa non eſt, antequam epiſcopi Arimini detenti, peregrinationis tædio victi, Arianis ceſſiſſent. Nec ceſſerunt illi, niſi poſtquam ipſorum legati Nicææ in Thracia lapſi Ariminum regreſſi eſſent; imo etiam poſt eorum reditum aliquamdiu reſtiterunt. Sulpicio enim auctore legatorum illorum ignaviam primum omnes exhorrere, iisque licet vim regiam deprecantibus negata communio; donec paulatim remiſſis animis in partem alteram conceſſum eſt. Atqui legati, ut ſuperiori Fragm.* §. 5. *notatur, anno* 359. 10. Oct. *formulam ab Arianis ſibi propoſitam ſuſceperunt.*

eteris. *Legendum:* ceteri.

7 ut apparet dicationis legis. *Forte:* ut abolitis dictionibus ſacrilegis.

FRAGMENTUM X.

18. Exemplum epiſtolæ ntalium. *A Seleucienſis Synodi legatis miſſam eſſe hanc epiſt. perſpi-*

cuum eſt tum ex illius initio, tum maxime ex ſubnexis §. 2. *Hil. verbis*: „Adeunt deinde vos non communicantes Epiſcopis Synodi legati Orientales.“

Si cui forte ſcrupulum moveat, quod longe plurium quam decem nomine ſcripta ſit, neque in iis compareant Baſilius, Eleuſius atque Euſtathius, qui teſte Theod. cum Sylvano primarii Seleuc. Syn. legati extiterint: Is cogitet, facile potuiſſe quædam nomina excidere; aut quæ ſcripta a pluribus ſit epiſtol. ab aliis ejusdem communionis Epiſcopis, qui Seleucia Conſtantinopolim confluxerant, eſſe ſubſcriptam, & omnium nomine miſſam.

Cum autem iisdem inſcripta ſit, quos Hil. ſuperioris epiſt. auctores indicavit, non obſcurum eſt, ſuperiorem epiſt. ab iis eſſe delatam, a quibus conſcripta fuerat; eosque legatos, qui ab Ariminenſi Syn. ad Conſtantium ſecundo miſſi ſunt, alios ab iis fuiſſe, qui primas ejusdem Synodi literas ex catholicorum parte ad eundem detulerant.

Noviſſimi illi legati Conſtantinopolim pervenientes, cum jam damnatus eſſet Aetius, cumque inſtarent Orientales, ut qui hæretici hujus doctrinam defendebant, eadem ſententia punirentur; epiſtolam illam acceperunt: quæ ipſis eo conſilio miſſa

erat, ne Eudoxio ac ſociis ejus utpote Seleuciæ merito damnatis, jungerentur.

Scripta eſt igitur aliquanto poſt ſuperiorem, & antequam Seleuc. Syn. legati formulæ ab Eudoxii partibus propoſitæ ſubſcribere coacti ſunt: quod nocte annum 360. præcedente factum eſſe, ſcribit Sozom. l. 4. c. 23.

18. Martiali. *Hic nominatis addit Fragm. ſequens §. 4. Auxentium; ſuperius autem in ipſo titulo* Epictetam; *ex quorum acceſſione decem legatorum numerus perficietur.*

& quamquam non ceſſare s arbitremur &c. *Hunc locum ita licet reſtaurare:* Et quamquam non neſcire vos arbitremur, nos cum ſimus totius Synodi legati, epiſcoporum ſcil. numero &c.

19. calumnia in eum — enditur. *Calumniam intendere, hic perinde Hilario eſt, ac litem movere: ſicut eum lib. 10. de Trin. §. 30. ait:* ut de ceteris non calumnier; *hoc ſibi vult ut non contendam de ceteris, ac litem moveam.*

periculum depoſitionis in s conſtituerint. *Legendum:* in eo *vel* eum, *ſcil. qui ſuſceperat.*

damnatam quoque hæredemonſtrant. *Ita Faber repoſuit; non male, ſi proxime præcedentia attendas. In Mſ. Pith.* dominantem *legebatur, cui favet illud §. 1.* Ne penitus dominans jam intra Eccleſiam hæreſis invaleſcat.

20. cur etiam non creaam Dei filium diceretis. *Forte:* cur etiam non creaturam Dei filium non diceretis; *quod poſtulare videtur ſubnexum reſponſum.*

pag. 120. non quia creatio non ſit &c.

Plenior & magis perſpicua ſic erit hæc ſententia: Non *hoc dictum eſt*, quia creatio non ſit, ſed excipiatur a ceteris: ut licet diſſimilis ceteris ſit, ita tamen *ſit diſſimilis*, ut ipſe aliud non ſit.

ibid. per conventionem libelli ſui Orientalibus damnaſtis.

Cum nimirum Sirmii ab Ancyranæ Synodi legatis conventi definitionibus illorum ſubſcribere compulſi ſunt, quibus damnantur, qui filium vere & ſecundum ſubſtantiam, filium eſſe negent; aut qui eum tantum ſecundum efficaciam filium, & Patrem diſſimilis ſibi eſſentiæ Patrem eſſe affirmant. Vid. lib. de Syn. §. 14. & 19.

Eorundem Orientalium libellum Epiph. deſcribit. hær. 73, ad cujus calcem §. 23. legitur: Si quis non in omnibus ſimilem eſſe Patri filium, quemadmodum Patri ſimilis eſt filius; ſed voluntate ſimilem, ſubſtantia diſſimilem eſſe dixerit; anathema ſit.“ *huicque definitioni nominatim Valentem ſubſcripſiſſe, advertit.*

Pro in conventibus, *quod præcedit, forte legendum*, conniventibus. *In hac enim eorum ſubſcriptione Orientales conniventia uſos eſſe, notat Hil. lib. de Syn. §. 63.*

ibid. cum Patre Angelorum animarumque humanarum.

Relictum hic erat ſpatium, quo plura deſiderari, lector admoneretur. Integra tamen cenſeri poteſt oratio; qua eam dumtaxat, quæ Angelorum animarumque propria eſt,

æternitatem Chriſto ab Arianis attribui, monemur quaſi ille non anteriorum, ſed futurorum reſpectu ſit æternus. Ita non una erit Arianis, æternitatis Chriſti explicandæ ratio, ad ſuam ipſorum hæreſin adcommodata. Hanc nondum plane prodiderat Hil. ſed alteram, qua Chriſtum ante tempora confitentur, lib. 12. *de Trin.* §. 34. *expoſuit. Atque hac duplici interpretatione.* „Domino Chriſto, *ut loquitur contra Auxent.* §. 6. ſola illa tribuuntur, quæ ſunt vel Angelorum propria, vel noſtra.“

21. unigenitum Deum: ire reputamini.

Ita Mſſ. Sirm. & Pith. Faber ediderat; negari *quod non male vocabulo* Deum *conjungeretur, in hunc modum:* Deum negari: negare reputamini. *Vel etiam*: Audiſtis — — Deum negari: non reluctamini, ſed quieſcitis.

ixiſtis, omnes hæreſes natas eſſe.

Verba illorum apud Theod. lib. 2. *hiſt. eccl. c.* 21. *ea ſunt:* Omnes hæreſes, ſeu quæ jam prius damnatæ, ſeu quæ nuper exortæ, ſunt huic fidei expoſitioni contrariæ, anathema ſint.“

Ad calcem hujus Fragmenti in Mſſ. adnotatur:

Explicit Sancti Hilarii liber ex opere hiſtorico.

FRAGMENTUM XI.

11. Apud Fariſeam civi- n.

Legendum. Fariſeam civitatem.

Concilium hoc Blondellus lib. de Primatu p. 127. *anno* 366. *alii: an.* 362. *habitum*

eſſe, præſente quidem Hilari exiſtimant. Probabilius ta men videtur anno 360. *con ſignandum eſſe. In hac enim epiſtola Gallicani Epiſcopi qui Arimini lapſi erant, num primum agnoſcunt, ſe ſu falſo pacis & unitatis obtent eſſe deluſos, ſatisque indi cant, ſe hactenus Synodo rum Seleuc. & Conſtantinop geſta ignoraſſe. Hæc autem eo tardius an.* 360. *reſcire cœ piſſe, quis ſibi perſuadeat?*

Deinde ea ſe non ex or Hilarii, ſed ex literis ab e ad ſe miſſis cognoviſſe, it declarant, ut illum & a ſu cœtu abſentem, & ab Orient nondum reverſum ſignificent. Atqui Hilarius an. 360. *Con ſtantinopoli dimiſſus in Gal lias, tanta eas celeritate re petiit, ut Martinus, audit hoc nuntio, in occurſum il lius properans, nusquam eun niſi Pictavis aſſequi valuerit Clarius adhuc & certius hæ patebunt conſideranti ordi nem rerum geſtarum, qu in hoc & ſuperiori Fragm explicantur.*

pag. 121. Epiſcopis Orientalibus omnibus.

Iis præcipue, qui Seleuciæ, a deinde Conſtantinopoli ſub ſtantiæ vocabulum defend rant, quorum legati ſuperior Fragm §. 1. totius Sele cienſis Synodi nomine loquun tur, & pro quibus Hil. a Gallos ſcripſerat.

pag. 122. ex literis — quas dilecto fratri — noſtro Hilario direxiſtis.

Haud dubie, cum adhuc Con ſtantinopoli verſaretur. Pro babile enim eſt, Orientale

ubi ſe ab Eudoxii partibus victos, & Anomœorum hæreſim dominantem viderunt, abſque cunctatione Occidentalium patrocinium quæſiſſe, ſed cum hoc officium ſibi minime ſperarent per Ariminenſis Synodi legatos, quos cum adverſariis ſuis ſocietate, & hæretica pravitate conjunctos cernebant, illud ab Hilar. per literas expetiere.

. 122. quod verbum a vois quondam — inventum.

Nimirum Nicæno Conc. an. 325. *quod cum Orientalibus potiſſimum conſtaret: ipſis etiam Gallicani Epiſcopi vocis* homouſion, *inventionem eo tribuunt libentius, quo eos magis ad illud accipiendum excitent!*

. 123. etiam pietatem eorum &c.

Perſpicuior fiet hic locus, ſi ſequentia ſic ordinaveris: cum etiam fidelis dominici; nominis prædicator, frater noſter Hilarius nuntiaverit, conventos, *clarius* conveniſſe vos pietatem eorum, qui Arimino Conſtantinopolim reverterunt, ſicut epiſtola veſtra — *proximo fragmento relata, & una cum Hilarii literis ad nos miſſis* — contenta teſtatur; neque eos ad tantarum blasphemiarum damnationem potuiſſe compellere.

. 124. impietate ſunt ſubtituti.

Scil. in Synodo Conſtantinopolitana an. 360.

l. Epiſtola Euſebii ad Gregorium.

Gregorium eruditi hic eum intelligunt, qui Bœticus, & Eliberitanæ civitatis Epiſcopus vulgo cognominatur; quique deinde Luciferiano

adhærens ſchiſmati, ſummis a Fauſtino & Marcellino laudibus extolli meruit.

Liquet porro hanc ep. poſt Arimin. Synodum ſcriptam eſſe, & uti vero ſimillimum eſt, cum necdum Gregorii ſchiſma & obitum Oſii comperiſſet.

pag. 125. cujus propoſito. — *In Mſ. Sirm.* cuivis *forte* uſus *vel* pius.

ibid. tertio laborantes exilio. — *Ipſa Euſebii ad ſuos Vercellenſes epiſt. fidem facit, eum primo Scythopolim in Palæſtina fuiſſe relegatum: e Scythopoli deinde in Cappadociam amandatum eſſe, teſtatur Hieron. de ſcript Eccleſ. in Euſeb. Vercell. Rufinus denique lib. 1. hiſt. Eccl. c. 27. narrat, eum una cum Lucifero in partes Aegypto vicinas deportatum eſſe, quod confirmatur Socr. & Theod. teſtimonio, qui ex ſuperiore Thebaide Euſebium ab exilio revertiſſe, ſcribunt.*

pag. 125. in ſua, aut linito conſenſu. — *Forte:* in ſuavi aut unito conſenſu. *Faber maluit:* in vi ſua, aut unito conſenſu.

FRAGMENTUM XII.

Pag. 126. Non enim ſi aliqui forte &c. — *Hunc locum, inquiunt Edd. Maur. diu & attente luſtrantes, atque recognoſcentes, nec non cum rerum geſtarum hiſtoria comparantes, paucis mutatis redintegrari perſpeximus in hunc modum:* Non enim ſi aliqui forte ſunt, qui hoc ſtudii gerunt, — *ſcil. rem* — ratione proviſam de-

ſtruere impudenter ſæviori cenſura; hoc exiſtimaverint — *ſe poſſe* — exauctorare, quod jam ex apoſtolica auctoritate munitum eſt de pietate, contendentes non eſſe parcendum his, qui apud Ariminum ignorantes egerunt, *ſeu*, errarunt. Quibus neſcire illicitum — *id eſt, quod illicitum erat, hoc* — fuit captum, *hoc eſt laqueum*, erroris incidere; idcirco ſeveritas *diſciplinæ eis* rependenda eſt? ſed mihi cui convenit omnia moderate perpendere, maximecum & Aegyptii omnes & Achivi, hanc adunati ſententiam receperint; viſum eſt parcendum quidem his, de quibus ſupra tractavimus; *qui nimirum ſupra dicti ſunt in erroris laqueum ita incidiſſe, ut illæſa fidei conſcientia hæreticis conſenſerint.*

, breviſſima. *In Pith. Cod.* beniſſima. *Mox in Mſ. Sirm.* latebroſum, *non* tenebroſum.

Rurſum hic oratio perplexa ac perturbata, ita clarius poſſet conſtrui: Igitur ſiquis illud virus in ſe peſtiferum Ariani dogmatis ſubdolum ac latebroſum fuerat expertus; *illud jam*, ſermonis noſtris adhortatione leniſſima reparatus, & ignorationis captum, *ſeu* ab ignorationis captu reſipiſcens, exhauriat & condemnet, vehementiusque &c.

que ad Nicænæ Synodi natum. *Hæc illuſtrantur aliis Liberii verbis apud Socr. l. 4. c. 12.*

„Hanc autem catholicam & apoſtolicam fidem eſſe agnoſcimus, quæ usque ad Concilium Nicænum integra atque inconcuſſa permanſit.“

pag. 126. venenum virusque noxius ſeſe vindicare crediderit &c.

Forte: verum etiam venenum virusque potius ſe poſſe vindicare crediderit: & ratione vincetur, & auctoribus perfidiæ &c.

pag. 127. exemplum epiſtolæ Epiſcoporum Italiæ.

Ex tenore huius epiſtolæ, in qua Italiæ Epiſcopi Ariminenſis Concilii ſtatuta nunc primum irrita declarant, ad annum 363. *vel* 364. *eam referendam eſſe, haud dubium eſt. Forte etiam ſtatim, atque eis reddita eſt ſuperior Liberii epiſtola, in unum convenientes hanc ſummo conſenſu ſcripſerunt.*

FRAGMENTUM XIV.

Pag. 129. Conventione a Dominis &c.

Integrior ſic eſſet oratio: conventione facta a Dominis — — — Valente & Paulo admonita ſanctitas tua noluerit &c.

IN LIBRUM PSALMORUM.

PROLOGUS.

Pag. 137. In aliquibus filiorum Chore, in aliquo Moyſi.

Legitur in uno e Mſ. Vat. In aliquibus filii Chore, in aliquo Moyſes.

pag. 138. antiquorum virorum iſta traditio eſt.

Mſ. Miciacenſis. antiqua Latinorum iſta traditio eſt. *Hujus vero traditionis auctor, Eſdras declaratur in fine §. ſequentis.*

pag. 139. Moyſi connominatus.

In uno e Mſ. Vat. hic repetitu

voce, Samuel, *tollitur ſenſus ambiguitas.*

39. Et erunt vobis omnia ba hæc tanquam eloquia.

Habet Tell. Cod. juxta Vulg. Et erit vobis viſio omnium — *Vulg. deinceps conſentiunt & LXX.* — tanquam eloquia libri ſignati, quem cum dederint ſcienti literas, & dicent: lege iſtam; reſpondebit: non poſſum legere; ſignatus eſt enim &c.

Cum iis præterea quæ hoc & ſeq. §. continentur, adfinitatem habet Fragm. Orig. in Pſ. 1. locus inde huc pertinens, quem vid. Tom. VII. Op. Orig. edit. Wirceb. pag. 189. ita habet: „Clauſas obſignatasque ſcripturas eſſe ſacras, divina teſtantur oracula — — — Et væ nobis inquit, legis peritis; quoniam tuliſtis clavem ſcientiæ, neque ipſi intraſtis, & intrantes non permittitis ingredi.“

.0. quæ — propheta.

Mſ. Tell. hic omiſſo, quæ; *mox loco*, prophetat, *præfert* prophetiam.

14. quinquagenariæ.

Idem cod. quinquagenario.

eque jejunio feſtivitatem talis hujus beatitudinis diret &c.

Huc revocandum illud Tertull. de Cor. milit. §. 3. „Die dominico, inquit, jejunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare: eadem immunitate a die paſchæ in pentecoſten usque gaudemus.“ *ubi hunc morem traditioni acceptum refert. Conf. etiam Hieron. epiſt. 54. ad Marcellam.*

er plenitudinem.

In Mſ. Tell. juxta, *non male: ſic enim paulo ſuperius:* ſe-

cundum evangelicam plenitudinem.

pag. 145. ſacramentum triadis — concluderet.

In eodem Mſ. e regione ad marginem legitur: „Decies octo tribus additis, octoginta tres faciunt, & ſignificant perfectam beatitudinem a ſancta Trinitate, quæ unus Deus eſt, fidelibus dandam.“

ibid. hoc ea ratione efficitur &c.

Alterum hic exemplum habemus eorum, quæ ex laudato Orig. Fragm. mutuatus eſt noſter. „Neque ignorandum eſt; *inquit ibi pag.* 197. Veteris Teſtamenti libros, viginti & duo, quibus æqualis eſt numerus elementorum hebræorum, non abs re eſſe. Ut enim duæ & viginti literæ introductio ad ſapientiam, & divinam doctrinam his formis impreſſam hominibus eſſe videntur; ſic ad ſapientiam Dei & rerum notitiam fundamentum ſunt atque introductio libri ſcripturæ viginti duo.“ *Attexitur deinde ſeries librorum V. T. addito unicuique libro hebræo quo inſignitur, nomine, ejusdemque interpretatione.*

ibid. Ea cauſa eſt, ut in viginti duos libros lex teſtamenti veteris deputetur.

Tell. cod. lex & vetus teſtamentum.

Falluntur, qui ex hoc loco arguunt Hilarium præter hic recenſitos, nullos alios libros in canone ſacro habuiſſe. Siquidem & ceterorum, qui hic reticentur, & Vulgo canonici habentur, ut ſunt libri Judith, Tobiæ, Sapientia Salomonis, Eccleſiaſticus, Baruch Prophetia, per varia

Pſalmorum & libr. de Trin. loca meminit, tanquam Canonicorum, ex iisdem teſtimonia profert &c. &c. Canonem itaque hic ſacrum juxta Hebræos recenſet, non ſui temporis in Eccleſia receptum: quod clarius quidem videre eſt ex laudato Orig. loco, ubi librorum S. catalogum ita auſpicatur: „Sunt autem viginti duo libri juxta Hebræos &c.“

145. ſermones dierum Esæ in undecimum.

Apud Origenem legitur: παραλειπομενων πρωτη, δευτερα εν νυι, διβρει αιαμμμ, οπερ εστι, λογοι ημερων Εσδρας πρωτος και δευτερος &c. *Ex quibus videtur noſter verba,* λογοι ημερων, *ad interpretandum* διβρει αιαμμμ *ab Origene relata, male ſequentibus coaptaſſe.*

additis Tobia & Judith.

Nihil de hiſce libris apud Orig. extat; ſed eorum loco ſubjicitur: Extra horum cenſum ſunt libri Machabæorum.

147. hæ ſunt officiorum genera varietates.

Apud Ruffinum & in Mſ. Tell. hæc ſunt officiorum genera & varietates.

49. in diapſalma.

De hujus vocis ſignificatione non convenit inter veteres. In Hil. ſententiam poſt Auguſtinum abiit Caſſiodorus; aliam propoſuit Hieronimus in epiſt. 138. *ad Marcellam, Origenem ſecutus, cujus hac in re peritiam laudat.*

50. eſt autem diligens penſumque judicium &c.

Tertium hic occurrit exemplum eorum, quæ Hil. ex Origene in Pſalmos videtur imitatus. Verba Origenis hæc ſunt. „Pſalmorum interpretationem inchoaturi —— —— quæ

in ſe habent diſperſam exponendi rationem.“ *Vid. Op. Orig. loc. cit. pag.* 193.

pag. 152. ad cognitionem nos ſacramenti ſpiritalis erudiens.

Habet 1. *cod. Vat.* ſacramentis ſpiritualibus erudiens. Et quia infuſus huic Propheta Spiritus Sanctus hæc loquitur: quærendum eſt &c.

pag. 155. ſine ulla conſiſtendi ſtatione defertur.

Legitur in eodem cod. nulla conſiſtendi ratione differtur.

ibid. quorum ſermo in orbem ſemper & circulum erroris inflexus &c.

„Orbem æternum erroris, *in quit libr* 2. *ad Conſt. de Arianis*, & redeuntis in ſe certaminis circumtulerunt.“

pag. 159. de adoratione ſapientiæ.

E Mſs. Vat. unus: de ſapientia. *Forte:* de honoratione ſapientiæ; *maxime cum in græco paulo ante habeatur:* παν δε τιμιον ουκ αξιον αυτης εστι.

Mox in uno Mſ. deſideratur: ſicut in Domino, *que verba ſunt LXX.*

pag. 160. non dedignatus eſt in ſe docere virtutem, cum pergens.

In 1. *cod. Vat.* non dedignatus eſt comparationem; cum pergens.

pag. 162. tamen ad corpora non mutilent.

Deeſt aliquid huic Mſ. Miciac. lectioni, ſed favent tamen 3. *Vat. cod. in quibus:* ad corporata non mutilentur: *neque melius apud Bad. & in Eraſmi textu legitur:* ad corporata non mutilent: *Quamquam Er. ad marginem adſcripſit:* ad comparationem non inutilia ſint, *quod a Lipſio arreptum, deinceps obtinuit.*

ibid. bene dirigentur.

In Mſs. proſperabuntur; *quod & infra habet Mic. cod. pro* proſpere dirigentur.

pag. 163. lucri pœnam faciet.

Perinde eſt, ac lucrifaciet, *id eſt, evadet* pœnam; *quo ſenſu*

Plinius dixit: lucrifacere injuriam.

66. cognoſcit autem non ›rationis ſcientia.

Sive, quæ ignorantiam præceſſiſſe ponat V. l. 9. de Trin. §. 62

67. Pſalmum hunc coentem primo, & veluti ni extimum putent eſſe.

Georgius, qui & Gennadius quandoque adpellatur, apud Corderium in catena Patr. Græc. „Duo, *inquit*, nacti exemplaria hebraica, in altero quidem reperimus hoc eſſe ſecundi pſalmi principium; in altero vero hoc eſſe conjunctum cum primo. Ceterum haud ignorandum eſt, in nullo hebraico exemplari pſalmorum numerum. adjunctum eſſe.“

Paraphraſtes vero apud eundem Corderium. „Sciendum apud hebræos primum & ſecundum pſalmum non eſſe diſtinctos, ſed conjunctos.“ *Huic conſentiunt Hieron. in Pſ.* 11. *Juſtin. Mart. in Apol.* 2. *&c.*

168. in pſalmo primo.

In nonnullis exempl. græcis legere eſt: τω πρωτω in aliis τω δευτερω. Primam lectionem poſt Hilar. ſecuti ſunt Vulg. Hieron. l. c. Oecumenius in Acta Ap. &c.

174. per virtutem ſuæ ſubntiæ.

In cod. Mic. per virtutis ſuæ ſubſtantiam.

quali in impios eſſet ju-:io divinæ voluntatis illum.

Edd. quale in impios eſſet judicium divinæ voluntatis; *omiſſo verbo* illuſum, *quod omnes Mſs. exprimunt. Haud ſpernenda Vat. cod. lectio:* quali impius eſſet judicio divinæ voluntatis illuſus.

177. vis libertatis metu

Poſt conſtitutionis, *ſubintelli-*

conſtitutionis artata eſt: ut bene velle meriti ſpes.

genda vox: pœnæ. *Aliter Mſ. Mic.* jus libertatis metu conſtitutionis artatum eſt; ut bene velle merentis ſpes &c.

pag. 182. Ego hodie genui te.

Hæc verba de temporaria Chriſti nativitate cum Hil. interpretantur Hieron. Euthym. Theodoretus, qui „hanc vocem, *inquit*, nemo qui Spiritus S. doctrinæ credat, divinitati Domini Chriſti applicabit.“ *Ruffini tamen commentarius ex Auguſt.* „Hodie, *ait*, quia præſentiam ſignificat, atque in æternitate nec præteritum, nec futurum eſt, ſed præſens; divinitus accipitur.“

pag. 183. neque interroganti cognitionis veritatem invidit.

Bad. Er. & Lipſ. interrogatæ. *Tum unus Mſ.* cognitionem veritatis.

pag. 184. civitas regis magni eſt, cujus — incolæ ſunt in paſſione Domini reſurgentes.

Non una eſt de hac corporum reſurrectione, quæ proxime poſt Chriſti paſſionem Hieroſolymis viſa ſunt, veterum ſententia. Athanaſius facti veritatem adſtruens Or. 3. *contra Arium*; *ceterum quid de eo ſentiat, reticet.*

Epiphan. vero, etſi hær. 64. §. 65, *eos ſolos reſpiciens, qui vitæ redditi ſunt, rurſum inter homines verſaturi; fateatur Chriſtum ideo primitias dormientium dici, quia qui ante eum ſurrexerint, denuo mortui ſint: tamen hær.* 75. §. 7. *prædicat eos, qui in Chriſti paſſione a mortuis excitati fuerint, in thalamum cum eo ingreſſos, & nullas in terris habere corporis reliquias; ſed terrenam*

Jeruſalem primum ingreſſos, poſtmodum cum ſalvatore in cœlum adſcendente fuſſe evectos: in quam opinionem hic propendet Hil eique favent Ruffinus in expoſitione Symb. & qui apud Tertullianum ipſis minime adſentientem, Patriarchas & Prophetas in cœlum migraſſe volunt, velut „adpendices Dominicæ reſurrectionis.“

Eidem ſententiæ ſuffragari videtur Hieron. epiſt. 3. *dicens.* „Poſt Chriſtum latro in Paradiſo. Et idcirco in reſurrectione ejus multa dormientium corpora ſurrexerunt, viſaque ſunt in cœleſti Jeruſalem.“ *Obpoſita in ep.* 17. *Paulæ & Euſtochii nomine inſcripta ſtatuitur; cujus opinionis adſertores notans Auguſtinus epiſt.* 164. §. 9. „ſcio, *inquit*, quibusdam videri, morte Domini Chriſti jam talem reſurrectionem præſtitam juſtis, qualis nobis in fine promittitur: qui utique ſi non iterum repoſitis corporibus dormierunt; videndum eſt, quemadmodum intelligatur Chriſtus primogenitus a mortuis, ſi eum in illa reſurrectione præceſſerunt.“ &c.

Mediam inter has viam ingreſſus auctor Quæſt. apud Juſtin. reſp. ad Quæſt. 85. *concedit, veram quidem eorum, de quibus hic ſermo, fuiſſe reſurrectionem, nec eos mortem denuo oppetiiſſe; ſed*

in immortalitate manere. Negat vero eos conformes corpori claritatis Chriſti, aut in regno cœleſti eſſe, ſed Enoch & Eliæ ſimiles, mutabilitatem futuram expectare. „Nullius dum enim, *inquit*, ad immortalem & incorruptibilem vitam facta eſt reſurrectio, præterquam J. Ch. Quocirca & primogenitus mortuorum, & primitiæ dormientium eſt renuntiatus.“

pag. 186. ſcriptûm eſt autem, eum adſcendiſſet ex aqua: Filius meus es tu; ego hodie genui te.

Num in aliquo Matthæi exemplari hanc lectionem reperit Hilar. quam non hic tantum, ſed & lib. 8. de Trin. atque in ipſo Matth. commentario cap. 2. §. 6. exprimit: haud facile eſt divinare; quum in aliis locis cum Vulg. Matth. exemplaribus conſentiat. Eandem lectionem exhibet Juſtinus Mart. dial. cum Triph. „Poſtquam namque, *inquit*, Chriſtus ex amne Jordane aſcendit, voce de eo edita, Filius meus es tu, ego hodie genui te &c.

pag. 187. Gentes —— ſecundum illam divinam Moyſi cantionem Angelorum dominatui deditæ.

Hæc de gentium diviſione, ſecundum numerum Angelorum, opinio his nititur apud LXX. *verbis:* ἐστησεν ὁρια ἐθνων κατα ἀριθμον ἀγγελων θεου, *nec fuit ſingularis Hilar. ſed pluribus præter ipſum Patribus familiaris: Origenes quippe illam propoſuit Hom.* 11. *in Num. Euſeb. lib.* 4. *Dem. Ev. c.* 7. *Auguſt. ſerm.* 1. *in Pſ.* 88. § 3. *Hieron. in Mich.* 6, 2. *Chryſ. Hom.* 3. *in Cod.*

ibid. ex injuſto atque pecca-

Hujus loci intelligentiæ, præter

e, & perverſo jure donantium.

Patres mox allatos, lucem præſtat Ruffinus in expoſit. Symb. „Ab initio, *inquit*, Deus cum feciſſet mundum, præfecit ei ac præpoſuit quasdam virtutum cœleſtium poteſtates, quibus regeretur & diſpenſaretur mortalium genus. Quod ita factum indicat Moyſes in Deutr. loco — *mox memorato Deutr.* 32, 8. *de Angelorum numero* — ſed & horum nonnulli — — — datam ſibi a Deo poteſtatem non his quibus acceperunt legibus temperaverunt, nec humanum genus divinis obedire præceptis, ſed ſuis parere prævaricationibus docuerunt: & hinc adverſus nos chirographa ſcripta ſunt. — — Per iſtud ergo unusquisque chirographum illis rectoribus peſſimis tenebatur, quod Chriſtus detraxit adveniens, & hac eos poteſtate denudavit." &c. *V. tract. Pſalm.* 61. §. 2.

193. tanquam vas figulum infringes eos.

Figulum vas *dicit Hil. jam in teſtam obduratum; ut* vas figuli, *vas adhuc molle, & in ipſius artificis manibus. Hinc apud Hieron. hoc loco*: „Vas figuli antequam in teſtam obduratum fuerit, ſi diſſipetur, reformabile eſt — — ſi autem ſemel teſta fracta fuerit, nequaquam in integrum compingi poteſt."

195. cum per eum ipſi Dominorum in nos jure regnaus.

Adpoſite ad hæc Auguſt. & poſt eum Vulg. Ruffinus: „Nunc intelligite jam reges, id eſt

quit in Pſ. 1. §. 17, ſed quod dilectio illis magis fuerat propenſa tenebrarum.“

pag. 229. ſuper juſtitiæ. *Habet idem Mſ. cum Bad. & Er.* ſuper juſtitiam. *Forte* ſuper quam juſtitiæ.

ibid. linguam doloſam. *In eodem cod.* linqua doloſa.

pag. 233. vitæ legem. *In Mſs. legitur:* vitam legis; *familiari Hil. tropo.*

pag. 236. generalis animæ & corporis homo. *Hoc eſt, animæ & corporis ejusdem generis, qualia omnes homines communia ſortiuntur.*

pag. 237. in domo Dei converſari. *In Reg. Mſ.* diverſari, *uti magno codd. conſenſu legitur infra in Pſ.* 64. §. 6. *ubi ſequentia Apoſtoli verba meliori ordine referuntur.*

pag. 238. ſpei miſericordia. *Habet idem.* ſpei miſericordiam. *Idem hic recurrit tropus, qui mox ſupra in omnibus Mſs.* vitam legis *pro* vitæ legem.

pag. 242. poſterioris populi. *Vat. cod.* potioris.

pag. 243. Enoch translatus ſit &c. *Quæ hic uncinis concluduntur, omittit Mſ. Reg. Vat. autem præcedentia verba,* Iſaac hæreſ. ſit, *poſt* Abraham electus ſit, *meliori ordine exhibet.*

pag. 246. martyrem. *Id eſt teſtem. Tum in Reg. cod.* reſervabit. *Hic confirmat Hil. quod c.* 20. *in Matth.* §. 10. *tradit, Moyſen poſtremum Chriſti adventum una cum Elia præventurum.*

ibid. ibi timuerunt. *Vat. cod. habet cum Vulg.* illic trepidaverunt timore *græce.* ἐκεῖ ἐφοβήθησαν φόβον.

pag. 248. robora. *In eodem codic.* & arbores. *Nil tamen, inquiunt Maur. Edd. immutandum ducimus: Druidarum enim religionem forſitan hic attendit Hilar.*

Idem Mſ. ante ſaxa *præfixum habet verbum* adorantes.

248. libertatem Eccleſiæ, i noſtræ fiduciam, confionem Dei addicimus.
Reg. cod. libertatem ac deſideria ſpei noſtræ, fiduciæ confeſſione dejicimus.

250. in æternam.
Eſt in eodem Mſ. in internam.

251. civitas novæ pacis.
In uno Mſ. Vat. & Mic. civitas nobis pacis.

254. ipſe permiſit.
Mſ. Reg. ſubeſſe permiſit.

255. Ziphæi.
Apud Auguſt. Hieron. & Ruffinum, florentes *enuntiantur.*

fide interim legis ſanguine ocauſtomatum repenſante.
Ita Par. ed. cui favent Mſs. Vat. ac Mic. quorum in uno repenſantes, *in altero* repenſatæ *legitur.*

Senſ. eſt: Judæos per aſperſionem ſanguinis taurorum purificatos fuiſſe, fide ſupplente efficaciam, quam in ſe habitura erat dominici ſanguinis adſperſio.

Editi ceteri cum Mſ. Regio exhibent, repræſentat. *ex quo effici forte poſſet* repræſentante.

258. ut indiſcreto.
Mic. cod. & in indiſcreto. *non ita male.*

impiorum cœtus fugit.
In cod. Vat. in impiorum cœtu fuit.

260. convertit mala.
Edd. converte; *renitentibus Mſs. & ſuperioribus dictis, quibus perſonam, cui prius dicebatur, mutatam eſſe, ſignificatum eſt. In græco:* ἀπεστρεψε, *legitur.*

ultorem malitiæ ipſius rebutione ſentirent.
Habet cod. Mic. malitiæ ex malitiæ ipſius retributione.

261. Deum in veritate.
Vat. & Mic. codd. Dei in eo veritatem.

quod autem &c.
Commodius hic poſt quod autem, *ſubaudias* ſpectat, *in hunc modum*: Quod autem ſpectat & in crucem actum — —

frequenter, imo ſemper prædicamus eum qui æternus ſit nativitate, quæ — — non ex naturæ neceſſitate &c.

pag. 263. id quod homini debitum videtur eſſe.

De hoc debito mentem ſuam Hil. explicat in Pſ. 138 § 22. „Humanæ iſta lex eſt neceſſitatis, ut conſepultis corporibus ad inferos animæ deſcendant: quam deſcenſionem Dominus ad conſummationem veri hominis non recuſavit.“

Deſcenſum Chriſti ad inferos continent Symb. Apoſt. quod Ruffinus exponit; formula Arimini ac deinde Nicææ in Thracia expoſita, nec non Symbola Gallicana Tom. I. muſæi Italici, magnoque illum conſenſu S. Patres e Scripturis aſſerunt; quorum ſuffultus auctoritate, Auguſt. epiſt. 164. §. 9. „Secundum animam, *ſcribit*, eum fuiſſe apud inferos, aperte ſcriptura declarat, & per prophetiam promiſſa, & per apoſtolicum intellectum ſatis expoſita.“

pag. 266. in exordio oratio precationis eſt edita.

Habet Mſ. Reg. in exordii precatione oratio eſt edita.

pag. 268. dum infirmitas noſtra magis eſt, quam naturalis in Deo eſt.

Hiſce verbis exunctis, in Reg. cod. ſuperſcriptum eſt: dum infirmitatis noſtræ magis eſt, quod in aſſumto patitur homine; quam divinæ quæ impaſſibilis eſt, naturæ. *Quæ Hil. mentem potius, quam verba exprimunt.*

pag. 269. in ſpiritum evolaret.

In eodem cod. in ſpiritu. *Verius alii* in ſpiritum *quod paulo ante dixerat Hil.* in ſpirita-

lem redire naturam; & *variis alibi phraſibus exprimit: ut ſunt:* etiam ſecundum hominem fieri Deum; *vel*, in perfectum Dei filium gigni; quandoque redire ad unitatem naturalem Patris, quam ſecundum hominem amiſerat; ſæpius eam apud Deum reſumere gloriam, quam apud eum habebat, priusquam mundus eſſet.

269. a contegentibus. *Scil. tenebris, de quibus §. ſuperiori dictum erat:* „Non infirmus eſt, cui ad evolandum de contegentibus ſe tenebris.“ &c.

In uno e Mſ. Vat. legitur; a continentibus *in altero ſimul & Reg.* a contingentibus.

276. non dimidiabunt. *Hab. cod. Reg.* non dimidiaverunt.

ab altitudine diei. *Hil.* dierum.

quoniam multi, qui delabant me, timebant. *Hil.* quia multi qui debellant me, timebant.

populos confringes. *Hil.* deduces.

277. quia Deus meus es tu. *Addit Hil.* & in Deo laudabo verbum.

vota tua, quæ reddam dationes tibi. *Hil.* vota quæ reddam laudationis.

278. non etiam. *Particula* non *ex Mſs. hic revocata, belleniſmus eſt Hil. familiaris.*

ab altitudine dierum non lebo. *Hieron. epiſtol. ad Suniam & Freſelam contendit, additam hic eſſe particulam negantem, eamque expungendam.*

281. convertentur inimici. *Hab. cod. Reg. & edd. Bad. Er. & Lipſ.* convertantur.

283. miſit me e cœlo. *Ab Hil. abeſt* me, *& hic præfigitur diapſalma.*

in cithara. *Hil.* & cithara.

pag. 283. pſallam tibi.

Hil. pſalmum dicam.

ibid. ænigmatum.

Hujus loco ediderat Par. enotatum. *renitentibus aliis libris. Verbum hoc e græco* αινισσομαι, *vel* αινιττομαι, *expreſſum eſt, quod Buddæo teſte nonnunquam,* intelligendum do, *ſeu* alludo ad aliquid, *ſignificat. Ex quo ænigma in Iſſidori gloſſ.* figura, ſive typus ſive ſpecies *definitur. Sic Prudentius docens formam & lineamenta vultus reſurrectione eſſe reddenda; hymn.* 10. *cat. v.* 133. *ait:*

„Tu depoſitum tege corpus:
„Non immemor illa requiret
„Sua munera fictor & auctor,
„Propriique ænigmata vultus.

Ut igitur in Pſ. 9. §. 2. *titulus pſalmorum dicitur* index eorum, de quibus ſcribitur: *ita hic videtur adpellari* ænigma, *a quo* ænigmari, *quaſi repræſentatio illius, de quo in decurſu pſalmi tractatum eſt.*

ibid. pſalmum hunc ſecundum Apoſtolorum profeſſionem ex perſona eſſe Domini intelligendi.

Scilicet pſalmum mox memoratum XV. intelligit, qui de perſona Chriſti act. 2, 27. *exponitur.*

pag. 284. manſuro.

Par. poſt Lipſium repoſuit, manſuram, *melius forte legeretur:* manſuri; *ſi per veterum librorum veniam liceret. Quamquam totum hoc ita licet commode ordinare:* pſalmum intelligitur ſcripſiſſe manſuro in corpore, ipſa illa ſpeluncæ habitatione Domini humilitatem prophetans.

ibid. aut opacant aut tuentur.

Ita Mſſ. Reg. & Mic. niſi quod in hoc: opacantur: *At in*

Vulgatis, aut operiant aut tueantur.

286. dona hominibus. *Ed. Par. ex Mſ. Mic.* donationes in homine.

287. etiam ſe ipſo in Domino propheta patiente, &c. *Id eſt; cum etiam ipſe eſſet in Domino patiente, propheta patiens.*

288. ipſo illo nube in reſurrectionis corpore elati. *Ed. Par.* elevato. *Aliæ legunt.* ipſo illa nube in reſurrectionis corporeæ gloriam elato. *Sequimur Mſ. Reg.*

Sancti dicuntur elati in Domino, qui nubes ſit ratione corporis ſuſcitati: nubes autem ideo corpus ſuſcitaeum, quia ut ait aliunde in Pſ. 67. nubium adinſtar ultra terrenam originem, mortalemque degit, per aera ſiſtitur ac movetur &c.

ſenſum notionis excedit. *Edd. hic excepto Par. cum Mſs. Reg. & Vat.* excludit. *Retinemus cum Par. & Mic. cod.* excedit. *conſentiente etiam Hieron. apud quem ad v. 6. hæc leguntur ad imitationem Hil. expreſſa*: „Nullus eſt modus exaltationis divinæ. Nos vero nihil aliud de cœlis quam quæ vidimus, novimus: nam cum ait, ſuper cœlos; notitiam excedit humanam &c.

289. juſta judicate. *Hil.* directa.

indignatio. *Hil.* furor.

veneficii. *Hil.* medicamenti medicati.

ad nihilum devenient. *Idem* ſpernentur.

abſorbebit eos. abſorbet vos.

judicas. *Hil.* judicans.

290. homini. *Scil. juſto. Ita verius, ut videtur, cum Mſ. Mic. juxta v. 12. legitur; quam cum*

Vulg. & Mſ. Reg. omnis *aut cum Vat.* hominis.

pag. 290. ante quam exiſteret. *In uno e Mſ. Vat.* antequam exiret.

pag. 291. medicamenti medicati. *Ita ex cod. Mic. reſtitutum legimus, juxta caſtigatiorem LXX. editionem,* φαρμακοντι φαρμακευομενου; *pro quibus apud Theodoret. extat:* φαρμακοντι φαρμακευομενη, *quam lectionem Theodorus apud Corderium in catena inſcitia reprehendit.* „Hic enim, *inquit*, ſenſus eſt: ſimiles ſunt aſpidi, quæ neque adtendit voci incantantium; neque medicamento quod ab ipſis medicatum eſt. Medicamentum vocat ipſam incantationem. Atque hoc Symmachus declarat manifeſtius, dicens, carmen incantantium.“

Bad. & Er. poſt Reg. Mſ. exhibent: medicamentis mediçati. *Lipſ. & Par.* medicamentis medicatis. *Ed. Hienem. apud quem hic locus laudatur de prædeſt. cap.* 25, medicamentis medicata. *Mſ. Vat.* medicamenti meditati.

ibid. Marſorum cantus. *Mendoſe apud Bad.* morſorum; *neque melius in uno Vat. cod. legitur*, ſanctorum.

Marſus apud Auguſt. Hieron. & Ruffin. in hunc locum vocatur, qui aſpides incantat, & e tenebroſis cavernis educit ad lumen.

ibid. natio viperarum. *Apud Bad. Er. Hienem. atque etiam in Mſt. Vat. & Reg.* nati viperarum: *cui lectioni haud obſtat, niſi quod conſtanter in pſalmis præferu-*

tur, natio; *quod & hic habet Mic. cod.*

291. atque hujus. *In duobus Mſs. Vat.* aquæ hujus.

293. manus ſuas non pectorum ſanguine abluens. *Auctor enarrationis pſalmorum apud Hieron. ſequentia ab Hil. mutuatur, cum hac laudis præfatione:* „Quia difficilis eſt hic verſiculus ad intelligendum; ipſa verba, quæ anteriores tractaverunt, educam. Hilarius, beatus Antiſtes, & ut ita dicam, inter procellas mundi magnus ſuſtentator Eccleſiæ, ita de eo dicit.“ &c.

294. de inimicis. *Hil. addit.* Deus.

ecce. *Abeſt ab Hil. & mox particula,* &.

295. comprehendantur. *Hil.* comprehendentur.

convellantur conſummae: in ira conſummationis. *Legit:* convellentur in conſummatione: conſummatio in ira.

dominabitur Jacob, & finm terræ. *Hil.* Jacob dominatur finium.

exaltabo. *Hil.* exultabo.

296. prophetia, quam apulo. *Ita Par. ex Mſ. Mic. in aliis autem libris præfertur:* propheta quam Apoſtolus. *Neutra lectio integra, aut abſoluta. Noſtræ tamen facile conſultum erit; ſi pro* quam, *ponatur* quando; *ac ſubinde ſubintelligatur*, Chriſtus.

296. viros ſanguinum non um admiſſa cædes, ſed & ;itata conſummat. *Vir ſanguinum Hilario dicitur reus ſanguinis propter cædem actu, vel affectu perpetratam. Ponitur in ſupremo iræ gradu, non tanquam alius nequitiæ gradus, ſed tanquam poſtremus effectus; ſicut* operarium iniquitatis *eſſe, tantum denominatio eſt, quæ ſequitur virum in alium inſur-*

gentem. *Videſis ſuper tract.* §. 6.

Itaque retinendum videtur cogitata: pro *quo in* 1. *cod. Vat. ſcriptum eſt*: cognita; *in altero*, ad cogitata. *tertius habet* concitata. *Mſ. Reg.* agitata.

pag. 296. quos fortis armavit.
In Mſs. fortes.

ibid. ita patitur.
Ita Mſ. Reg. alii vero: iſta patiatur.

pag. 297-98. in eo coexcitatæ & collocatæ a dextris ejus in cœleſtibus gentes ſunt.
Horum intelligentiam eruere eſt ex tract. in Pſ. 51. §. 16. *ubi docet Hil. Chriſtum hominem effectum*, totius generis humani naturam adſumſiſſe.

pag. 298. in primoribus cœli.
Habet Mſ. Mic. in prioribus, *unus e Vat. codd.* uni de primoribus.

Lucem huic ſententiæ præſtat Liturgia Gallicana Tom. I. Muſæi Ital. e Mſ. ante annos mille exarato, Vulgata; rebus enim liturgicis operam dediſſe Hilarium, neminem fugit. Sic autem ibi habet collectio miſſæ de S. Stephano. „Domine, qui ambulanti de virtute in virtutem S. Stephano martyri tuo aperuiſti cælos ad gloriam, quos ei aperueras ad meritum ſanctitatis; ut confeſſionis ſuæ fructum caperet.“ *Ibidem*: „Dum terrena tamen terris membra compoſuit, cœleſtem ſpiritum angelicis manibus evexit ad cœlum.“

ibid. ingreſſu civitatis ejusdem, edicto Romani regis inhibentur.
Edicto nimirum Hadriani Imp. an. D. 137. *Pompejano & Aciliano Coſſ. datum, poſtquam bellum Judaicum, quod*

in Palæſtina gerebatur, finem acceperat. „Ex quo tempore, *inquit Euſeb. in Chronico*, introeundi eis Hieroſolymam, licentia ablata, primum Dei nutu, ſicut prophetæ vaticinati ſunt, deinde romanis interdictionibus.“ *Et libro 4. hiſt. c. 6.* „Ariſto Pellæus narrat, univerſæ genti ex illo tempore prorſus interdictum, ne pedem in agrum hieroſolymitanum aliquando inferrent, & legis decreto inſtitutisque Hadriani — ille plane ſic in mandatis dederat — ne vel ex edito loco paternum ſolum aliquando oculis adſpicerent.“

Hoc edictum ad Tertulliani tempora perſeveraſſe, teſtis eſt ipſe Apolog. cap. 21, de judæis referens: „Diſperſi, palabundi, & cœli & ſoli ſui extorres — *eadem verba ex Tertull. deſcribit Cypr. de Idol. Van.* — vagantur per orbem, ſine homine, ſine Deo rege, quibus nec advenarum jure, terram patriam ſaltem veſtigio ſalutare conceditur.“

Rurſum contra Jud. c. 13: „Interdictum eſt, *inquit*, ne in confinio ipſius regionis dimoretur quisquam Judæorum.“ *Tum referens illud Eſai. 33, 17:* „Oculi veſtri videbunt terram de longinquo;“ *proſequitur:* „quod vobis pro meritis veſtris poſt expugnationem Jeruſalem prohibitis ingredi in

tertam veſtram, de longinquo eam oculis tantum videre permiſſum eſt.“

Hadriani igitur edicti paulatim ſeveritas relaxata eſt: ut quibus primum patriam terram vel a longinquo ſalutare haud licuit: ævo Tertulliani adſpicere quidem, ſed nec pedem in ea figere, conceſſum; Hilarii vero noſtri temporibus, negato civitatis ingreſſu, circumjacentes ſaltem regiones obire, permiſſum eſſet.

Diſperſionis ejusdem meminit Hieron. in Dan. 9. & Jerem. 31.

pag. 300. deſcendente eo ad inferos, ſanctos ejus inferi non tenent.

Auguſtinus, permotus verbis act. 2, 24. quibus Chriſtus prædicatur, ſuſcitatus a Deo, ſolutis doloribus inferni: *peccatores ex inferis eductos fuiſſe mavult, quam ſanctos,* „Illud, *inquit l. 12. de Gen. c. 33. §. 63.* me nondum inveniſſe confiteor, inferos appellatos, ubi juſtorum animæ requieſcunt. Et Chriſti quidem animam veniſſe usque ad ea loca, in quibus peccatores cruciantur, ut eos ſolveret a tormentis, quos eſſe ſolvendos, occulta nobis ſua juſtitia judicabat — ea poteſtate qua Dominus eſt non immerito creditur.“

Magis adpoſite ad mentem Hilarii, de hoc Chriſti in infernum deſcenſu Origenes in 1. Reg cap. 28.

pag. 301. conſperſione eorum

Ita melius, cum Mſ. Reg. quam

ıcta æque radice liberantur,

cum Vulg. ſancta atque radice.

Senſus eſt: licet conſperſi propter ſcelera, liberabuntur tamen ob radicem, quæ ſemper æque ſancta permanet.

301. qui in homine,

Habet cod. Reg. cum duobus Vat. quia in homine *ſenſus integritas poſtulat:* noſcendus quia, qui in homine.

302. quibus omnibus ſarabuntur,

Legit Bad. ſaturabantur. *Non male: Forte:* quibus olim ſaturabantur; *aut* quibus non ſaturabuntur.

ſacerdotii illius legitimi.

In uno Vat. cod. alias legitimi.

304. Sobal: & convertit ab, & percuſſit in valle linarum. &c,

Pro Sobal *habet Vat. Mſ.* Jobal. *Reg.* Subab *Tum Par.* & convertit Jacob. *Deinde Reg, cod,* & percuſſit vallem Salinarum; *juxta noviſſimam LXX. ed.* και επαταξε την φαραγγα των αλων: *quæ tamen II. Reg.* 8, *habet:* ν γιβιλεμ. *Et hic quoque apud Auguſt. Hieron. Theodoret, & Ruffinum extat:* in valle, *quam lectionem mox ſequitur noſter Hil.*

neque in hiſtoria &c.

Hanc hiſtoriam Vulg. Hieronymus dicit, manifeſtiſſime in libris regnorum legi; ſed quia ibi „pro valle Salinarum, LXX. interpretes hebræa verba poſuerunt gemelach, *modo habetur* γιβελεμ — *ab his qui hebræi ſermonis notitiam non habent, quid hæc ſignificent, ignorari.*

Hæc porro hiſtoria in Vulg. legitur II. Reg. 8, 13; *niſi quod ibi percuſſa memorentur, non* duodecim; *ſed* octo

& decem millia: totidem exprimunt LXX.

pag. 304. ſecundum Aquilam, qui translator legis Judæis — fuit.

In uno Mſ Vat. judaicæ; *in altero* Judæus *legitur.*

Hiſtoriam Aquilæ narrat Epiphanius libro de ponderibus & menſuris, cap. 14. *Ejus operam teſte Hieron. tanti fecerunt Judæi, ut ſecundam illius verſionem κατ' ακριβειαν, dicerent. Tempus, quo perfecerit ſuum opus, ex defectu probabilium documentorum definiri adcurate non poteſt. Vid.* Eichh. Einleitung ins A. T. 1. Th. 340.

ibid. extra ſpiritalem intelligentiam manens &c.

„Aquila, *inquit Hieron. libro de optimo genere interpret.* proſelytus & contentioſus interpres, qui non ſolum verba, ſed & etymologias verborum transferre conatus eſt, jure projicitur a nobis.“

pag. 305. nati ſunt.

In Mſ Reg. facti ſunt; *ſicque vertit Sym. cujus lectionem probat Euſebius.*

pag. 306. arcum ſuum tetendit.

Additum erat; niſi convertamini; *quod removerunt edd. Maur. conſentientibus Bad. Er. Lipſ. & Reg. Mſ.*

pag 308. Sichima Samaria eſt.

Reg. cod. Sichima in Samaria eſt. *Apud Hieron hic.* „Quidam Sicemam Samariam putant.“

ibid. certa diviſio.

In Vulg. iſta diviſio. *De utraque hac diviſione Auguſtinus in hunc verſum:* „Diviſi ſunt enim nunc fide, poſtea dividentur in judicio; oves ad dexteram, hœdi ad ſiniſtram.“

pag. 310. Moab generatio, ſecundum eam quæ in Geneſi

Hic locus in Geneſi non occurrit. Præterea Deutr. 23, 3.

sententia est, divinæ maledictionis susceptit opprobrium &c.

& *II. Esdr.* 13, 1. *Moabitas neque etiam post decimam generationem intra Ecclesiam Dei admittendos esse legimus. Cum Hilario tamen consentit Vulg. Hieron. in hunc eundem locum ita scribens:* „Moab in Genesi maledictionis susceptit opprobrium, qui post decem generationes recipitur in Ecclesia.“

pag. 311. id est in exercitibus.

Hæc verba non exstant in Mss. Reg. Atque etiam in hebræo & *exercitus* & *virtutes eodem verbo pariter significantur.*

ibid. mundipotentes.

Græce: κοσμοκρατορας *in edd.* mundi potestates.

pag. 312. in contentionem victoriæ.

Respicitur hic Pauli locus, ubi in græco exstat: εις νικος in victoriam *vel secundum alios,* & *ipsummet Hilarium l.* 11. *de Trin.* §. 35. εις νικος in contentionem: *utramque lectionem hic simul componit.*

ibid. Habet textus Ps. Domine deprecationem — orationem meam.

Hil. legit. Deus orationem — precationi meæ.

ibid. deduxisti.

Scribit ipse: eduxisti.

ibid. generationum.

Hil. generationis.

pag. 313. eduxisti me.

In græco: ωδιγησας με. *In Vulg.* deduxisti me *quam mox Hil. sequitur:* in spem æternitatis deducti.

pag. 316. *textus psalmi:* cogitaverint.

Hil. cogitaverunt.

ibid. & corde suo maledicebant.

Post hæc verba habet Hil. diapsalma.

pag. 317. post hanc necessariæ confessionis inscientiam.

Malles forte: necessariam inscientiæ confessionem; *nisi frequentius ejusmodi inversionum exempla in Hil. offenderemus.*

Non modo generale illud Socratis enuntiatum apud Ciceronem legitur; hoc unum se scire, quod nihil sciat: sed Tullius ipse lib. 4. Academ. Quæst. hanc speciatim de Dei notitia edit confessionem: „Cogimur dissensione sapientum Deum ignorare."

pag. 319. quasi difficilius Deo sit assumsisse hominem; quam eum in tanta naturæ ac vitæ suæ ratione formasse?

Mentem Hilarii illustrat Augustinus lib. 10. de Civ. Dei cap. 29. „Quid vobis, *inquit adversus Porphyrium & Platonicos*, incredibile dicitur, cum Deus dicitur adsumsisse humanam animam & corpus? — — Facilius quippe in fidem recipiendum est, etsi humanum divino, etsi mutabile immutabili; tamen Spiritum Spiritui, aut ut verbis utor quæ in usu habetis, incorporeum incorporeo, quam corpus incorporeo cohærere:" *quod postremum quotidie fieri in homine comperimus.* „Nam si anima in sua natura non fallitur, incorpoream se esse comprehendit; multo magis incorporeum est Verbum Dei: ac per hoc Verbi Dei & animæ credibilior debuit esse permixtio, quam animæ & corporis." *in epist.* 137. §. 11. *Idipsum apud eundem August. luculenter exponitur serm.* 371. *cap.* 3.

pag. 321. si fluant.

Ita expressius Ms. Reg. reddit græcum: ἐὰν ῥεῖν; *quam Vulg.* si affluant.

ibid. referenda est.

Referimus ex Mss. Reg. & Mic. At excusi: refrenanda.

22. propheticam profeſ- em.
Habent iidem codd. prophetica profeſſione.

23. *textus Pſ.* diluculo
Hil. de luce video.

20.
neditabor.
Hil. meditabar.

24. negotioſus.
Mſ. Mic. otio uſus.

uam ſimpliciter caro mea.
Habet hic & infra Mſ. Reg. quam multipliciter; *cui verſioni repugnat ſubjecta enarratio. Hilarii interpres pro græco* πολυπλως *legerit* πως απλως.

:um non exiguam cœle- in ſe generis cognatio- mens ipſa cognoſcat.
In quo conſiſtat illa divina mentis noſtræ cognatio; in Pſ. 129. *differitur. Ita autem Deo cognatam adſtruit, ut & factam doceat* „cum omnis anima opus Dei ſit“ *l.* 10. *de Trinit.* §. 20. *Atque ita nihil Hilario commune cum errore, cujus ſuſpectum Origenem habent; quemque Auguſtinus hær.* 10. *Priſcillianiſtis tribuit, qui volunt animam eſſe partem Dei, ejusdem cum Deo ſubſtantiæ & naturæ. Potius noſter Auguſtino præluſit, hanc de animarum origine ep.* 190. §. 4. *tradenti regulam*: „Ut non eam partem Dei eſſe credamus, ſed creaturam; nec de Deo natam, ſed ab illo factam, atque in ejus genus adoptandam mirabili dignatione, non parili dignitate naturæ.“

Hilarii quoque ſententiam illuſtrant hæc Prudentii, Apoth. v. 829.

„Sit res illa Dei, non abnuo: pars tamen illa
„Haud quaquam dicenda Dei eſt; quæ tempore cœpit.“

Et v. 833.
„Illa quidem flatus Domini eſt,
ſed ſpiritus & vis
„Non eſt plena Dei, tanto
moderamine miſſa,
„Quanto flans voluit flandi
ſervare tenorem.“
Quod mox adſerit Hilar.
„Velut inſitum impreſſumque omnibus divinam ineſſe nobis animarum originem“: *Quinctil. cum lib.* 1. *cap.* 1. „Origo, *ait*, animi cœleſtis creditur;“ *illudque Tullii ſub finem cap.* 34. *lib.* 2. *de Fin. confirmat:* „Doctiſſimi veteres in animis ineſſe quiddam cœleſte & divinum putaverunt.“

pag. 326. manſuræ ſe mortis. — *Alii:* manſuræ ſibi mortis *unus cod. Vat.* manſuram per mortem.

pag. 328. meditabar in te. — *Ita Mſ. Reg. juxta græcum,* εμελετων. *Deinceps etiam de meditatione, velut de re præterita, non de futura ſermo eſt; ac proinde male in Vulg. legebatur:* meditabor.

pag. 329. jurans juravit, — *Additur in eodem cod.* jurans in Deo *melius* in eo *vel* eum. *Ex iisdem Eſaiæ verbis Hil. libr.* 5. *de Trin.* §. 29. *Chriſti divinitatem probat.*

pag. 330. deprecor ad te. — *Infra Hil. omiſſo* ad te, *præfert*, tribulor.

ibid. quia exacuerunt — linguam ſuam. — *Hil.* qui — — linquas ſuas.

ibid. ad cor altum. — *Hil.* & *cor.*

pag. 331. quando ejus hominis, quem adſumſit, perſona tractetur. — *Ideſt, ſubſtantia ac natura tractetur. Idem ejusdem vocis uſus eſt in his Pſ.* 138. §. 5. „Non confundenda autem

	perſona divinitatis & corporis eſt.“
pag. 332. perſcrutati ſunt iniquitates.	*Reg. cod. hic & infra* §. 9. in iniquitates *poſteriore loco conſentiente etiam Par. cum Mſ. Mic.*
pag. 334. ex metu eſſe dominatus.	*In eod. cod.* ex merito eſſe dominatus. *Apud Bad. Er. & Lipſ.* ex merito eſſe fidei exauditam. *gloſſema ſapit.*
pag. 336. & cor altum.	*Ita Mſs. nec non Auguſtinus, Theodoretus & pſalteria vetera juxta Græcum, & antiqua Vulgatæ exemplaria. Excuſi vero hic & deinceps:* ad cor altum.
pag. 337. cum peccati remiſſionem ſacramentum novæ nativitatis indulgeat.	*Mſ. Mic.* peccati remiſſio *tum Reg.* ſacramento *ſubinde fors leg.* indulgeatur.
ibid. ad horum omnium diſputationum & adhortationum noſtrarum fidem, & trepidatio abducentium, & metus eſt audientium.	*Habet cod. Reg.* diſputationum noſtrarum & trepidatio abnuentium eſt. Annuntiatis enim &c. *Maurini lectionem hanc præferunt:* Ad horum omnium diſputationes, adhortationum noſtrarum fides, & trepidatio abnuentium *hæreticorum*, & metus eſt audientium *gentilium. Vid. tract. in Pſ.* 143.
ibid. & nihil habuerunt.	*Cod. Reg.* pro nihilo habuerunt: *Verbum Græcum:* ἐξουθένησαν, *potius vertendum erat*, pro nihilo habitæ ſunt. *At vero receptam lectionem quæ ſubjiciuntur, confirmant.*
pag. 341. prævaluerunt ſuper nos, & impietatibus noſtris tu propitiaberis.	*Hil.* invaluerunt — impietates noſtras tu propitiabis.
ibid. inhabitabit.	*Hil. infra:* ut inhabitet.
ibid. profundum maris.	*Hil.* fundum.
ibid. delectationis.	— delectationes.
ibid. præparatio ejus.	præparatio tua.

pag. 342. magiſtri abſtinent. *Mſ. Reg.* Magi abſtinent.

An primo loco notatur nuditas Gymnoſophiſtarum apud Indos; altero continentia Magorum inter Perſas celebrium; tertio Montaniſtarum Xerophagiæ, „quas novum affectati officii nomen, & proximum ethnicæ ſuperſtitioni“ *fideles vocant apud Tertull. de jejunio c. 2.*

pag. 343. non enim ſequitur, meam. *Abeſt etiam hæc vox a pſalterio, quod vertit Hieron. ex hebræo, extat vero in græcis exemplaribus, & apud Auguſtin. Theodoretum, alios.*

pag. 346. interni atque externi maris inſulæ. *Solus cod. Reg. omittit:* atque externi: *ſed & Florus lib. 4. cap. 2.* externi inteſtinique maris *meminit. Illud Oceanum vocavit Ptolemæus; Plinius autem mediterraneum mare, internum, dixit.*

ibid. fundum maris. *In Vulg.* profundum *græce:* κυτος, *quod melius Mſ. Reg.* fundum *reſcripſit; quomodo legere eſt & apud Auguſtinum, & in veteribus pſalteriis.*

pag. 349. profecit namque. *Ita Mſs. At Bad. & Er.* proficit.

De Oraculorum ſilentio Juvenalis Sat. 6. inquit: „Delphis oracula ceſſant.“

„Et genus humanum damnat caligo futuri.“ *Plutarchus quoque librum ſpeciali titulo* cur oracula edi deſierunt? *inſcriptum edidit.*

Sed & præclarum illud Tertulliani apol. cap. 23, de dæmonum fidelibus ſubjectione: „Chriſtum, *inquit*, timen-

tes in Deo, & Deum in Chriſto, ſubjiciuntur ſervis Dei & Chriſti: ita de contactu deque afflatu noſtro, contemplatione & repræſentatione illius ignis correpti, etiam de corporis noſtro imperio excedunt inviti, & dolentes, & vobis præſentibus erubeſcentes &c.“

Nec minus diſerte Hilarii dicta confirmant, & illuſtrant hæc Cypr. ad Demetrianum: „Pudeat tutelam de iis ſperare, quos tu ipſe tueris. O ſi audire eos velles & videre quando a nobis adjurantur, & torquentur ſpiritalibus flagris, & verberum tormentis de obſeſſis corporibus ejiciuntur; quando ejulantes & gementes, voce humana & poteſtate divina flagella & verbera ſentientes, venturum judicium confitentur — — — Videbis nos rogari ab eis quos tu rogas; timeri ab eis quos tu adoras; videbis ſub manu noſtra ſtare vinctos, & tremere captivos &c. *Vid. lib. contra Conſtant.* §. 8.

352. benedicet coronam. *In Mſſ.* benedicetur corona; *de qua apud Hieron.* „Circulum & ſemper in ſe currentia anni tempora coronam vocavit.“

353. cultura Dei. *Mſſ. Mic.* ex cultura Dei.

Abſtruſam Hilar. mentem perſpicuiorem reddunt hæc Vulg. Hieronymi: Campi legis, qui nullum jucunditatis fructum in litera protu-

lerunt, nunc ſpiritaliter intellecti, fructus evangelici dogmatis ubertate complentur.“

pag. 353. definitæ. *Vulgati legunt*: indefinitæ. *Præferimus lectionem cod. Reg. cujus ſenſus eſt: gloriæ meritis eorum commenſuratæ, atque ſpeciatim ſignificatæ, per collium exultationem, indumentum arietum &c.*

Quod de fidelibus, quorum humilior & magis vulgaris eſt juſtitia, hic habet Hilarius; quodque ſupra §. 5. ait, non omnes ſanctos ad cohabitationem Dei eſſe eligendos: facile ex iis, quæ eodem §. 5. ſubjiciuntur, intelligitur. „Sed licet diverſa ſit dignitas,—— tamen quotquot habitationibus, variis licet digni habebuntur, fidei fructum & honorem cœleſtis gloriæ ſortientur.“ *Ex quibus liquet*, cohabitationem Dei *ibi vocari ſpecialem quemdam gloriæ gradum, Apoſtolis præſertim ſingulari prærogativa concedendum.*

pag. 360. *Habet textus Pſ.* omnes terræ adorent te, & pſallant tibi: pſalmum dicant. *Hil. tractatus:* Omnis terra adorat te &c.

pag. 361. perambulabunt. *Hil.* pertransibunt.
ibid. dominatur. *Hil.* dominabitur.
ibid. induxiſti. *Hil.* eduxiſti.
ibid. cum incenſu arietum. *Hil.* cum incenſo & arietibus.
ibid. timent. *Legit:* timetis.
ibid. exaudiet. *Hil.* exaudiat.
ibid. exaudivit Deus. *Addit:* me Deus.
pag. 362. in niſum. *Apud Bad.* in emenſum *in aliis edd.* in immenſum. *Noſtra eſt lectio Mſ. Reg.*

362. Jubilum paſtoralis greſtisque vocis ſonum nunupamus &c.

„Jubilum, *inquit Auguſtinus enarr. 2. in Pſ* 32. §. 8 Sonus quidam eſt, ſignificans cor parturire, quod dicere non poteſt, *idque non prælientis ſolum, ſed eorum*, qui cantant ſive in meſſe, ſive in vinea, ſive in aliquo opere ferventi——impleti tanta lætitia, ut eam verbis explicare non poſſint, avertunt ſe a ſyllabis verborum, & eunt in ſonum jubilationis.“

Similia habet Hieron. in Pſ. 32. *& Ruffin. in eundem hunc* 65. „Ceterum, *inquit Theodoretus in Pſ.* 32. alalagmus eſt victoriæ clamor, qui contra fugitantes a vincentibus editur.“

364. quæ enim inviſibilia us, a creatura mundi ipſius ctis intellecta adſpiciuntur.

Præclare hocce Apoſtoli effatum Cicero confirmat lib. 2. de Nat. Deorum: Quid poteſt eſſe tam apertum, tamque perſpicuum, cum cœlum ſuſpeximus, cœleſtiaque contemplati ſumus; quam eſſe aliquod numen præſtantiſſimæ mentis, quo hæc regantur? Quod qui dubitat, haud ſane intelligo, cur idem, ſol ſit an nullus ſit, dubitare poſſit.“

Lactantius ſimiliter lib. 1. Divin. Inſtit. cap. 2. „Nemo eſt enim tam rudis, tam feris moribus, qui non oculos ſuos in cœlum tollens, tametſi neſciat, cujus Dei providentia regatur id omne quod cernitur, aliquam tamen eſſe intelliget ex ipſa rerum magnitudine, mota,

dispositione, constantia, utilitate, pulcritudine, temperatione."

Huc pertinet etiam illud Orosii initio lib. 6. histor. „Deum enim quilibet hominum contemnere ad tempus potest, nescire in totum non potest."

Atque hoc est, quod noster in Ps. 52. §. 2. Deum, inquit, posse negari consilio impii cordis, sed contra fidem ac judicium sanæ mentis.

pag. 368. τω διεπεζοντι. *Cum constanter legat Hilarius;* qui dominabitur, *neque moneat verbum græcum a latino differre: legerit necesse est:* τω διεπεσοντι.

pag. 370. in iracundiam provocastis. *Ita Mss. Reg. juxta græcum:* παρωργισατε. *Verum excusi,* in iracundiam provocasti, *Vulgata:* blasphemaverunt.

pag. 371. ακουτισατε. *Ex eodem cod. juxta castigatiora psalmorum exemplaria græca ita restitutum legitur: quod verbum his duobus,* ακουστην ποιησατε *Symmachus expressit; ac totidem deinde, scil.* auditam facite, *Vulg. reddidit. Er. & Lips.* ακουτισατε *scripsere, Par.* ακουσατε.

pag. 372. pœnarum ingeniis. *Id est, pœnis ingeniose excogitatis. Eadem phrasis occurrit in ps. 118. lit. 18. §. 9.* „Mortes non dico inferantur, sed cum pœnarum ingeniis innoventur." *Pari sensu Plinius in paneg.* ingenium cœnæ, *vocat cœnam ingeniose exquisitam.*

§. 375. μετα χειμαρρων. χειμαρροι. — *Verba græca in Badii ed. omiſſa, Eraſmus cum ſibi deeſſent horum tractatuum exemplaria Mſs. ex vulgatis bibliis græcis utcumque ſupplevit, ex quibus hic poſuit:* μετα χειμαρων, *omiſſo ſubſequenti vocabulo,* χειμαρροι. *Ex Reg. codicis valde deformibus literis, utpote exaratis a viro legendi & ſcribendi græce imperito, totum hunc locum, quoad potuit, reſarcierunt Maur. edd. Ac primum ex eo, loco* χειμαρων, *poſuere* χειμαρρων, *a vocabulo* χειμων, *ſeu* χειμας, *hiems; maxime cum ſubjiciat Hil. eodem vocabulo torrentes hiemalibus pluviis auctos ſignificari: qui certe* χειμαροι, *non* χειμαροι *enuntiantur. Deinde ex eodem Mſ. adjiciunt* χειμαρροι, *cui vocabulo aliquot caracteres præfiguntur, ex quibus plus quam conjectura eſt, legendum eſſe:* a χειμας χειμαρροι cum græcis &c.

§. 377. domum Dei introibit. — *Editi hic,* introivit; *ſuperius autem ad calcem §. 27. habent:* domum Dei introibit; *utroque loco Mſs.* introibit. *An utroque legendum,* introivit?

§. 382. deduces. — *Hil. in ennarratione Pſ.* diriges.

§. 386. Confiteor tibi Domine. — *Habet Par. ex Mic. cod.* Confitebor; *quod & Reg. habuiſſe videtur.*

§. 388. replevit eum Spirius timoris Dei. — *Exhibent Bad. Er. & Lipſ. juxta LXX, ſed d ſſid·ntibus Mſs.* repl·vit. *Tum ed. Par.* Spiritu timoris Domini.

Quæ deinde ſententia, Sa-

	lomonis nomine laudata; ex ipſo verborum ordine judicatur non ex Prov. 1, 7, *ſed ex Eccleſiaſtico eſſe petita. Sed & in Pſ.* 140. §. 5. *& cap.* 7. *in Matth. Eccleſiaſtici liber Salomoni nuncupatur.*
pag. 389. *habet textus pſalmi:* in dulcedinem tuam pauperi Deus.	*Tract. Hil.* in dulcedine tua pauperi *ſine*, Deus.
ibid. ſuſcipitis.	*Hil.* ſuſcepiſtis.
ibid. inhabîtareDominumDeum.	*Omittit Hil.* Dominum Deum.
ibid. Domini Domini.	*Semel tantum ponit vocem* Domini *Hil.*
ibid. deambulant in delictis.	*Infra* deambulantium.
ibid. manda Deus virtutis tuæ.	*Habetur infra*: Virtuti.
ibid. offerent.	*Hil. afferent.*
ibid. ut excludantur hi.	*Addit Hil.* ut non excl.
pag. 390. triumphatis his in ſemetipſo.	*Ita Mſſ. hic, & lib.* 1. *de Trin.* §. 13. *Nec diſſidet græcum:* τριαμβευσας αυτους εν αυτω. *Edd. habent*, triumphans in ſemetipſo. *Ac deinde Lipſ. & Par.* Venit enim in mundum.
pag. 391. ſignificationis eſt altioris.	*In Mſ. Reg.* interioris. *Forte legendum*: ulterioris.
pag. 392. & confortent eos omnes filii Dei.	*Libro* 4. *de Trin.* §. 31. *aliter exhibetur: ſcil.* & honorificent eum omnes Angeli Dei. *In græco LXX. quibus cetera conſentit hic locus, habemus:* ενισχυσατωσαν αυτω, *quomodo legit & Epiph. hær.* 69. §. 60.
ibid. conciliante caſu.	*Legit Par.* conciliante ea.
pag. 394. unimores.	*Ita eadem ed. ex Mſ. Mic. juxta græcum:* μονοτροπες. *At in Mſ. Regio mendoſe primum* unimoris; *deinde ſecundis curis* unius moris *reſcriptum eſt; quod Bad. Er. & Lipſ. arripuere.*
	Mox in eodem cod. qui exacerbant. *Favet huic lectioni*

verbum ſequens, qui inhabitant: *cum utrumque in græco eodem modo exprimatur:* τους παροικουντας, και τους κατοικουντας.

4. ſeptem & decem an- *Ed. Par.* octo & decem. *Suffragante S. textu; ſed renitentibus Mſs.*

5. in Moyſen. *In Reg. cod. ita primum conſentiente græco,* εις Μωσην, *referebatur, ex quo poſtea ſecundis curis, a Moyſe, effectum. Vulg. habet: in Moyſe.*

quam petra præbente. *Sic exhibent antiquæ editiones cum uno Mſ. Vat. At Par.* aqua petram præeunte. *Mic. Mſ.* aquam petra præeunte. *Reg.* aqua petra præeunte.

i deſertum. *Nobilius notis in editionem LXX. monet, in plerisque exemplaribus græcis haberi:* εν τη ερημω. *Atque hanc lectionem ſequitur cod. Reg. & Auguſtinus. Verum noſtra magis conſonat cum ſubjuncta Hil. interpretatione.*

sque ad populi errorem. *Ita cum Mic. cod.* 1. *Vat. alii vero libri:* terrorem.

)6. Eſtque idem largi- *Prima ed. Par.* Et quidem *Mſ. Reg.* qui idem. *Vat. unus,* quia idem. *Quæ poſtrema lectio veriſimilitudine non caret, præſertim ſi ante,* qui in Sina, *addatur aut ſubintelligatur, verbum* ſit; *quod ibi exhibet Mſ. Mic. in quo paulo ante,* & quidem largitor. *Alter Vat. gloſſematis nonnumquam corruptus, præfert* id eſt, ab Angelis expletum eſt; *ac deinde* non dubium eſt quin idem largitor ejus &c.

Sequimur in hac M
verſitate veteres edi
Neque obſcura eſt Hila
tentia, quam apud H
auctor commentarii i
clarius ſic expreſſit:
quem apud Sina huic
rationi Manna defluxit
chriſtianæ genti co
ſanguinisque ſui man
Eccleſia ſubminiſtrat."

pag. 397. pluviam irrigantem deſerta & arida præparatam Dei hæreditatem.

Mic. cod. irrigantem de
& aridam & præparatar
hæreditatem.

ibid. pulcritudini.

Id eſt, ad pulcritudinem,
ſic exponitur Mſs. Re
Vat. pulcritudine.

pag. 398. Spiritus.

Pro hac voce in 2 Mſs.
extat: Chriſtus.

ibid. ipſe virtutis ſpolia divideret.

Legendum videtur: ipſæ
tes ſpolia dividerent,
nuunt ſubnexa: ad Ec
enim decus detracta al
ſcil. virtutibus quibus
ſtolos intelligi, mox de
tum eſt.

pag. 400. ut ſpero.

Hoc eſt, confido. quo ſen
verbum adhibet Innocen
epiſt. 183. *apud Auguſt*
Hic autem maxime libr
Trinit. indicat Hil. ubi
eſt in confellendis Sa
Arii Hebionis, aliorum
ribus; de quibus ſtatim
§. 15, *toto libro* 3, *ac*
ceps, uti hic frequens
queritur, quod potente
naturam, naturæ ſuæ f
moderantes, intra finem
ſus ſui infinita concluda

pag. 401. ſincerique lacte.

Edd. ſinceroque. *Corrig*
auctoritate Mſs. ex q
& aliunde etiam liquet.

larium ſincerus *ac* ſinceris, *quomodo* infirmus & infirmis, *legiſſe.*

1. in ſpem evangelicam. *Vocabulum* ſpei *amat Hil. ad ſignificandam fidem; cui adnexa eſt promiſſio æternitatis.*

Auguſtino hic præcinit noſter, libro de Catech. rud. cap. 4. dicenti: „In veteri teſtamento eſt occultatio novi; & in novo teſtamento eſt manifeſtatio veteris.“

Adprime quoque mentem Hil. illuſtrant, quæ S. Doctor cap. 6. in epiſt. ad Gal. ſcribit: „Manifeſtum eſt, *inquit* §. 58, etiam illam legem ſcripturarum, quæ priori populo data eſt, legem Chriſti eſſe, quam venit implere caritate, quæ non implebatur timore. Eadem igitur lex, & idem mandatum, cum bonis terrenis inhiantes premit ſervos, Teſtamentum vetus; cum in bona æterna flagrantes erigit liberos, Teſtamentum novum vocatur.“

02. dena millia denum ium adſtabant ei. *Ita Mſſ. Mic. Reg. & ed. LXX. verſio latina: græcum autem μυριαι μυριαδες. in vulgatis,* decies centena millia. *Apud Tertullianum contra Prax.* §. 3: millies millia miniſtrabant ei, & millies centena millia adparebant ei.

05. tantum proprius. *Præferunt Bad. & Er. cum Reg. cod.* tanto proprior.

id flatum. *Ita rectius cum Mſ. Reg. quam cum vulgatis,* ac flatum; *maxime cum in Vaticanis extet* afflatum; *& rurſum paulo*

inferius Mſs. Reg. & Mic. præ ſe ferant, initia vitæ ad exordia ſpiritus, *non ut Vulg.* ac exordia.

Ad hujus loci intelligentiam juvat conferre ex tract. Pſ. 118. *lit.* 10. §. 8. *ubi in hominis inſtitutione velut triplex diſtinguitur Dei operatio:* „Cum ſit ad imaginem Dei *anima*, & formatur e terra *corpus*, & inſpiratione ſpiritus, *qua utraque ſubſtantia connectitur*, in animam viventem commovetur.“

pag. 406. cum quando nos in hac ipſa habitatione &c.

Horum verborum nonnihil perplexorum nativus is ordo eſt: cum quando, qui omnia in omnibus eſt, in hac ipſa habitatione —— collocatus, nos rurſum —— collocaret æternos: *niſi forte cum Par. malis*, in nos, *ceu* in nobis, *hoc ſenſu, ut Chriſtus dum hic viveret, in nobis ſeu in noſtra natura collocatus, poſt mortem nos in ſe collocarit.*

pag. 407. conquaſſabit.

Reg. cod. conquaſſavit; *cui lectioni favent ſubjecta.*

pag. 408. Salva me Deus.

Ita Mſs. edd. vero: ſalvum me fac Deus; & *mox:* in limo profundi.

pag. 410. principia veſtri.

Eſt in Mic. cod. principes veſtras.

ibid. ſed ad Eccleſiæ benedictionem.

Hæc verba non exſtant in Mſ. Reg. quorum loco in Mic. habetur, ſed ad cœleſtem benedictionem: *Quæ quidem ut & ea quæ præcedunt, ad ſuperius verbum* perfecta ſunt, *non ad ſubſequens* cohorta-

tur, *referenda esse, suspicati sunt edd. Maur.*

12. repensque. *Hoc est*, repentina mollitio *In edd.* recensque.

13. defæcati. *Minus bene in Vulgatis:* de peccati. *Sic in Psalm.* 65. §. 20. „Examinantur credentes —— ut igne purgati, & ab admixtione vitiorum carnalium defæcati, splendeant examinatæ innocentiæ claritate.“

14. inscientiæ. *Apud Par. habetur:* inscitia: *in aliis autem editionibus*, in scientia *Mss. Reg.* scientiæ, *Verius unus e Vatic. exprimit*, inscientiæ; *ut ex mentis cæcitate significetur orta esse contraditio. Quo sensu in subsequenti tract.* §. 20, *eorundem Judæorum cæcitatem, vocat Hil.* obcœcati cordis inscientiam.

fidei confessione præve- : manu autem sua, *Bad. & Er. legunt:* confessionem; *ac deinde cum Mss. Vat. Reg. & Mic.* prævenit: manu autem sua: *pro quibus Lipsius de suo substituerat:* prævenit manus suas. *Potius forte restituendum esset:* Aethiopia præveniet manu sua, *quodam modo favente græco:* Αἰθιοπια προφθασει χειρα αυτης.

418. in limo profundi. *Legit Hil.* in limum.

eripe me de luto, ut non ream. *Addit hic Vatic. cod.* libera me ex odientibus me: *quæ verba ab Hil. lecta fuisse, liquet ex* §. 15; *quamvis præter morem singulorum versuum explanationi nusquam expresse præmissa sint.*

pag. 429. conſciæ in ſe ſalutis fiducia eſt.	*Familiaris hæc Hil. phraſis, ut rem cujus quis conſcius eſt, ipſe conſciam ſignificet. Cujusmodi eſt illa lib. 7. de Trin.* §. 1. „quamvis conſciæ infirmitatis noſtræ trepidatione revocemur.“ *Male itaque ed. Par. hic* conſcius *reſcribit.*
pag. 430. ex mortis acerbitate mœreret.	*Ita Mſ. Mic. At edd.* ei ex mortis acerbitate hæreret.
pag. 431. manducare.	*Addit unus e Mſs. Vat.* paſcha; *quomodo legitur in Pſ.* 51. §. 4. *ſed poteſt hic pro* paſcha *ſubintelligi*, ſacramentum divinæ communionis.
ibid. geſtorum.	*Abeſt a Reg. cod. eritque fort interpolatoris additamentum*
pag. 439. poſſidebunt.	*Sic Mſ. Reg. juxta græcum:* κατεχουσιν. *In edd.* poſſidebit. *Paulo ante etiam tum græco legendum* civitates Judææ, *non* Judæ, *ut patet ex ſubjectis.*
ibid. conſolidet.	*Verbum* conſolido, *hic eodem modo intelligendum, quo tract. in Pſ.* 91. §. 2. ſoliditas mundi, *pro eo nimirum, quod perfectum & integrum eſt, atque ad ſuum finem perductum.*
pag. 441. qui in carne judæus.	*In Mſs. Reg. Mic. & uno Vat.* qui in occulto judæus: *in altero e Vat. legitur:* qui in manifeſto judæus, ſed qui in occulto.
pag. 442. qui volunt mihi mala.	*Legit Hil.* qui cogitant.
ibid. adjuva.	*Hil.* adjuvat.
pag. 443. revereantur.	*Sequens explicatio videtur hic poſtulare*: revertantur.
pag. 444. non in alia quam retrorſum Reſurgentes enim ex mortuis, rurſum ad pœnæ ultionisque judicium in in-	*Ita exhibent Mſs. Vat. & Reg. At Bad. Er. & Lipſ.* non ibunt in aliena loca. Surgentes enim impii ex mortuis

terræ unde emerſerant tentur.

rurſum detrudentur in infima terræ unde emerſerant. *Par.* non in alia quam retrorſum ſurgentes, ultionisque judicio in infima terræ &c.

;. Deus adjuva me.

Habent cum Mſ. Reg. editiones Par. antiquiores, adjuvat; *diſſidente Vulg. & Græco.*

5. utilis fide.

Ita legendum cenſuerunt Maur. cum in Mſs. reperiatur: & illis fide. *Quod legi deerat, fidem ſuppleviſſe docetur in Pſ.* 53. §. 3.

7. lex pædagoga noſtra eſt in Chriſto.

Sic in Pſ. 118. *lit.* 12. §. 11. „Legis juſtificatio, evangelicæ juſtificationis fideique pædagoga" *prædicatur.*

1. quod facit ille famu- eſt.

Facit ad illuſtrandum huncce locum Tertull. lib. contra Prax. §. 12, *ubi Patrem cum Filio & Spiritu S. quaſi cum miniſtris & arbitris loquentem inducit:* „Faciamus hominem &c. & *paulo poſt:* Ceterum etſi ubique teneo unam ſubſtantiam in tribus cohærentibus; tamen alium dicam oportet ex neceſſitate ſenſus eum qui jubet, & eum qui facit."

iiniſterium veniens de iplo.

Quod videlicet „poteſtatem efficiendi non per incrementa indultarum ad unumquodque opus virium ſumeret, ſed de cognitione præſumeret: præſumeret autem non de aliquo operis corporalis exemplo, ut aliquid prius Pater faceret" &c. *Conf. lib.* 7. *de Trinit.* §. 16. & *lib.* 9. §. 44.

	& in omni actu bonorum operum.“
pag. 475. cupere juſtificationes tuas.	*Legit Hil.* ut deſiderem judicia tua.
ibid. & conſolatio.	*Hil.* & conſilia.
ibid. longavit.	*Eſt in* 2 *Mſs.* prolongavit; *& mox* figmentum noſtrum, *non* figurationem.
pag. 476. niſi glorificato in naturam ſpiritus corpore.	*Hoc eſt, poſt glorioſam reſurrectionem quæ ita corporibus obveniet,* „ut corruptibilium corporum in incorruptionis gloriam reſurrectio non interitù naturam perimat, ſed qualitatis conditione demutet.“ *In Pſ.* 2. §. 41. *Ex quo liquet Hilarium minime adſerere aliam eſſe per reſurrectionem corporum naturam, ſed immutatam tantum eorundem corporum conditionem. Unde quod hic* „glorificato in naturam ſpiritus corpore“ *dicit: ad calcem* §. *ſubſequentis ita exponit:* „poſt demutationem reſurrectionis terreni corporis noſtri effectu glorioſiore natura.“ *Conf. quæ Tom.* 3. *de gloria Chriſti pag.* XXVI. *ſq. diſputata ſunt.*
ibid. cum Chriſto in Deo.	*Mic. cod.* cum Chriſto Deo. *Mox Reg. & Albin. nec non antiquæ edd.* & nos apparebimus cum ipſo.
pag. 478. tamquam totius.	*Habent duo Mſs.* tanquam totus. *Mic.* jam totius.
pag. 479. illo ſenſu ſuæ terræ.	2 *Mſs.* ille ſenſu ſuo, *id eſt animo.*
pag. 480. ut deſiderem judicia tua.	*Apud Par.* juſtitiam tuam; *alii vero libri* judicia tua, *juxta græcum κρίματα σου.*
pag. 481. rem ipſam nondum	*Simplicius Mſs. Reg. & Albin.*

r conſcientiam humanæ nditionis deſiderans.	non rem ipſam deſiderans, ſed ejus deſiderium.
483. etſi digna arguitione beamus.	*In aliis*: digni arguitione habeamur.
& omnia quæ a malitia it.	*Hæc verba neque in latinis, græcis neque in Eſaiæ exemplaribus jam extant: ſed legiſſe ea etiam Ambroſium ex ſerm.* 3. *in Pſ.* 118. §. 41. *patet, ubi obſervat in omnibus Mſs. haberi:* omnia quæ malitiæ ſunt; pro nihilo æſtimantur.
484. Dei Spiritus.	*Abeſt* Dei *a duobus Mſs. Vatic. habet:* Dei Spiritu, *melius ut videtur; aut legendum* Dei ſervus.
qua cum legis opera.	*Reg. cod.* quia; *lectio haud improbabilis ſi præſertim paulo ante* & meditatio *perinde accipiatur, ac* etiam meditatio. *Ut enim habetur ad lit. ſuperiorem* §. 11, *juſtificationes* „ingentem in ſe habent futuræ ſpei meditationem per negotii præſentis effectum.“
485. inſtrue me.	*Legit. Hil.* fac ut intelligam.
viam veritatis elegi.	*Hil.* dilexi.
juſtitiam tuam.	*Præfert:* judicia tua.
& de aſſiduitate orationis elligi.	*In duobus Mſs.* & de ſuæ vitæ ratione intelligi.
anima mea.	*Reg. & Albin. cod. omittunt* mea. *deinde in iisdem extat:* deduxit me, *non* deduxiſti.
486. ut ſe etſi manens in , ab ejus ſocietate divel-	*Eadem aliis verbis enuntiantur in Pſ.* 60. §. 3. „In carne quidem quæ terra eſt degentem, jam in fine carnis habitare, dum ſecundum Apoſtolum habitans in corpore peregrinatur a corpore, dum vivens jam non ſibi vivit.“
488. ενυσταξεν η ψυχη μου.	*Hunc locum, quem corruptum ac mutilum reliquere editio-*

nes antiquæ, ita reſarcire licuit ex Mſs. Reg. Albin. & Mic. Pro συντάξει Ambroſ. Sermon. 4. §. 15. prætulit ἑνώσει; idque Origenis auctoritate qui, ut ſubdit §. 16. poſtquam „multorum interpretationes diligenti diſcuſſit indagine, ſtillavit, ſecutus eſt.“ Hieronimus vero ex hebr. vertit: diſtillavit.

pag. 488. antequam dormiat. *Par.* antequam ſomno langueſcit.

pag. 491. viam juſtificationum. *Hil.* viæ.

pag. 492. in ſpatiis menſurarum. *In Mſ. Mic.* in ſpatii menſuris. *Hæc viæ lex maxime militeſ ſpectat, de qua Ambroſius*: „Miles qui ingreditur iter, viandi ordinem non ipſe diſponit ſibi — — nec voluptuaria captat compendia, ne recedat a ſignis; ſed itinerarium ab imperatore accipit.“

ibid. manſionum requies diſponitur. Manſionis *vocabulum frequens eſt in itinerario peregrinationis Feroſolimitanæ, ubi variæ viatorum ſtationes, manſionum, mutationum ac civitatum nominibus indicantur. Eodem verbo utitur Julius P. apud Athanaſ. ubi canones oſtendit temeratos ab eis, qui Gregorium hominem externum Alexandriæ epiſcopum ſalutarunt Antiochiæ, loco ab Alexandrina urbe* triginta ſex manſionibus *diſſito.*

Manſiones *a* ſtativis *diſtinguit Ambroſius ſerm. 5. §. 5. in hunc Pſ. illosque inæquale nec adeo longum metiri ſpatium docet; ſtativas*

vero eas esse sedes, in quibus exercitus post quam triduo ambulasset, quarto requiescat die: utraque tamen voce indiscriminatim utitur §§. 3. & 5, *in recensendis filiorum Israel in deserto stationibus. Similiter etiam loco subjecto Hilarius.*

492. cum usque ad urbem fectioni viantium congrua rsum mansionum interval- dimensa sunt.

Rursum hæc Ambrosii verbis juverit illustrare: „E iguntur, *inquit*, civitates in quibus triduum, quatriduum, & plures interponantur dies, si aquis abundant, commerciis frequentantur: Et ita sine labore conficitur iter, donec ad eam urbem perveniatur, quæ quasi regalis eligitur, in qua fessis militibus requies ministretur.“.

494. inintelligendo sapien- m, interroganti sapientia putatur.

Ita Ms. Mic. consentiente græco, in quo: ανοητω επερωτησαντι σοφιαν σοφια λογισθησεται. Inintelligentiæ *vocabulum amat Hil. pro intelligentiæ inopia. In excusis est:* ignorando sapientiam sapienter interrogantibus.

496. retro post Dominum eum tuum ambula &c.

Sic Par. ex Ms. Mic. Alii autem libri: Retro post eum ambula, quoniam ipse te deducet. Deducit autem &c. *nisi quod Vatic. his verbis præmittit:* cum dicitur Petro. *Siquid liceret corrigere, ita placeret Maur.* Retro post Dominum Deum tuum ambula, & ad eum adhæreto; quoniam ipse te deducet: *maxime cum Ambrosius in hunc eundem versum subjiciat:* „Non potest alius hoc

num præsentium esse militiam.

cebatur: Job omnium humanarum calamitarum militia & victoria perfunctus. *Ad hæc Ambrosius:* „Tempus tentationum, tempus humilitatis animæ nostræ arbitror.“

pag. 508. animam eloquiis Dei refectam.

„Hæc est enim, *ait Ambros. in eundem versum*, animæ nostræ vitalis substantia, qua alitur, & pascitur & gubernatur: nec quidquam aliud est quod vivere faciat rationabilem animam.“

pag. 509. quod semper memoria.

In excus. ac Reg. Mss. quod se per memoriam; *mox in eodem cod.* quin etiam hortatus dolore.

pag. 511. averte pedes.

Hil. converti.

pag. 512. sed secundum hebræos emendatum &c.

Hinc liquet, quantæ apud Hilarium auctoritatis fuerit liber psalmorum secundum hebræos emendatus, ob quem a sententia, quam probaret, ac plerique codices confirmarent, discesserit. Hujus editionem recens sibi cognitam innuit, dum ex novissima illius lectione præconceptam ex aliis codicibus opinionem mutasse se indicat.

Ejusdem codicis meminit Ambrosius in hunc Ps. serm. 8. §. 2: „Codices plerique, *inquit*, hunc versiculum, qui primus est literæ octavæ, ultimo loco literæ habent septimæ, sed secundum hebræos emendatus apud Græcos psalmorum liber, hunc versum docuit nos octavæ literæ copulandum.“

pag. 513. præsentium.

Omittunt Reg. & Albin. codd.

pag. 516. cogitatio rebus at-

Ita Mss. Edd. vero: cogitatis

rit. Vidit igitur antea
ies.

rebus attulerit. Vidit igitur ante omnia &c.

Cogitare autem his locis interpretatur Hil. proſpicere ac providere quæ agenda, aut ſuperventura ſunt.

17. ſicut ſcriptum eſt.

Hæc verba, & cetera quæ uncinis incluſa ſunt, deſiderantur in Mſs. Reg. & Albini.

18. ut robuſta fides &c.

Edd. fide. *Huic ſententiæ affinis eſt illa tract. in Pſ.* 63. §. 6. „Neque enim Dei miſericordiam metus noſter, ſed fides meretur: & longæ præparationis documento opus eſt, ut mereamur audiri.“

20. horum itaque partis eſt.

Reg. cod cum Albin. participea expetit nos eſſe, qui &c.

25. qui & ſapientia Dei

Iidem codices biſce verbis ſtatim ſubjiciunt; ſcilicet Dominus, *ceteris omiſſis.*

26. plaſmaverunt.

Hil. præparaverunt, *vel* finxerunt.

in verba tua ſpero.

Hil. ſperavi.

quod tandem in Oceano terra &c.

Apertius tota hæc phraſis ſic poteſt reddi: Quæ in oceano aut terra — creata ſunt, quod bonum in iis conſequentur &c.

529. in vitæ perfectio — contineretur.

In tribus Mſs. vitæ perfectionem contineret.

Inſpirationem hic interpretatur Hil. tertiam veluti ac ſupremam Dei in homine condendo actionem, qua animam cum corpore connexuerit.

531. conſpectæ morbis — dentur.

Reg. cod. cum Albin. conſpectæ utiles ſunt.

In eandem lit. §. 23. *Ambroſius:* „Si eſt tanta vis, *inquit*, in naturalibus, ut animal viſum proſit ictcri-

	cis &c. *De quo anime mius lib.* 30. *hiſt. nat.* „Avis icterus vocatu lore, quæ ſi ſpecteti nari id malum tradur avem mori. Hanc p tine vocari galgulum.' *bulum alii vocant.*
pag. 531. caducis.	*Ita Mſc. edd.* publicis.
ibid. de adeptis.	*Habent* 2 *Mſs.* de aperti *ſi hoc ſenſu intelligat præſentia Dei judicia tenus aperta obpugnantu nis, quæ obſcura ut a prædicantur.*
pag. 536. conſolaberis.	*Hil.* adhortaberis.
ibid. iniqui.	*Legit*, inique.
pag. 538. in utribus corpora in peccatis ſuis vetera.	*Habet unus cod. Vat.* i bus veteribus, corp peccatis ſuis.
pag. 541. *habet Vulg. Pſ.* permanet.	*Hil.* permanebit.
ibid. meditatio mihi eſt, tunc periiſſem in exprobratione mea.	*Hil.* meditatio mea eſt forſitan periſſem in h tatione.
ibid. nimis.	*Hil.* vehementer.
pag. 542. nihil differtur.	*Eſt in* 2 *Mſs.* nihil def *Ferri hoc ſenſu pot ſt, bil ibi deſerat fines ſil ſtitutos.*
pag. 543. iræ impetus commovetur.	*In vulgatis:* ira pectus c vetur.
pag. 544. per indefeſſam cœleſtium obedientiam, quo exemplo in ſanctis quoque qui cœleſtes &c.	*Habet Reg. cod. cum Alb.* defeſſam miniſteriorui dientiam. In his q qui cœleſtes &c. Cœleſtia, *Hilarius ſolis annuum cu ſum, ſtruum lunæ recurſu alia* §. 2 *declarata.* *Tum hac literæ int tia præſtituta, aliam cit ſpiritalem; quod*

faciunt Auguſtinus & Ambroſius.

5. earum neceſſe eſt getionum terra &c.

Neceſſe eſt, *hic quaſi adverbium* neceſſario *aut* de neceſſitate, *accipiendum eſt: qua loquendi ratione habemus in Pſ.* 68. §. 16: „A malis quis eripi ſe ob id neceſſe eſt, ne malis afficiatur, optabit.“ *Et in Pſ.* 121. §. 1: Proclamabit neceſſe eſt exemplo propheræ.“

Porro generationum terra *nuncupantur corpora hominum juſtorum, quibus reſurrectio glorioſa præparatur.*

.7. quia legis juſtificatio igelicæ juſtificationis fiue pædagoga ſit.

Secundum illud Pauli Gal. 3, 24, *relatum in Pſ.* 91. §. 1: „Lex pædagoga noſtra facta eſt in Chriſto, uti ex fide juſtificemur.“

;0. prohibuiſti.

Hil. prohibui.

;5. ſuper mel ori meo.

Reg. cod. cum Albin. in ore meo. *Huic lectioni favent ſubnexa; nec non illud quod infrà, occurrit:* „Verbum Dei ex corde malus abripit, quod ultra mel & favum in ore delectat.“

;6. intelligentes nos fat præcepta, ſed præcepta tque opere expleta.

Exhibent mox dicti codd. intelligentes non faciunt præcepta ſola, ſed præcepta re atque opere completa.

neque ab initio aperui aures. Cognovi enim.

Unus e Vatic. Mſs. neque ab initio qui aperuit tibi aures, cognoviſti. Cognovi enim *gloſſema ſapit.*

Paulo ante neque in Vulg. neque apud LXX. exſtant verba, de mandatis meis.

ioſtrum ergo eſt.

Legitur apud Bad. Er. & Liſſ. & in 2 *Mſs.* Bonum ergo eſt. *Atque mox in iisdem*

codicibus, corda noſtra in coaptatos & conſentientes modos &c.

pag. 557. de mandatis meis. *Hil.* tuis.

pag. 559. utiles olei mercatrices. *Id eſt negotioſæ. Utile namque hic obponitur inutili, otioſæ & ab opere debito vacanti.*

pag. 562. in faſtigium. *Reg. cod.* in faſtum, *facile arrideret, nſi infra* §. 12. *in omnibus libris*, faſtigii tumorem *legeremus. Fors utrumque ſuppreſſa, & hic* faſtidium, *& illic* faſtidii; *ſubſtituere liceret ex his lit.* 3. §. 14: „O infelix ſuperbia, quæ dedignatur ſub præceptis cœleſtibus vivere, quæ mandata divina animi infidelis tumore faſtidit“

pag. 563. confidentiam ſuperbiret. *Habet Reg. cum Albinenſi cod.* Gratiam efferretur.

pag. 564. digne exſequitur prophetа ſacramentum. *Prædicti codd.* digna exſequitur propheta ſacramento.

ibid. ſequenti nunc orat. *In vulgatis* ſequenter.

Ad horum & ſubſequentium intelligentiam, recolendum quod ait Hil. in Pſ. 53. §. 13. „Legis ſacrificia non habere in ſe voluntatis profeſſionem.“ *Unde concludit* „Neceſſe erat effici quod fiebat; quia ſacrificii negligentiam maledicti non admittebat adjectio“ &c.

pag. 569. ſuſceptor meus. *Hil. addit:* es tu.

ibid. a juſtitiis *& mox* cognitio. *Hil.* juſtificationibus — cogitatio.

ibid. teſtimonia tua ſemper. *Infra:* juſtitias tuas, *omiſſo* ſemper.

ibid. Præcepti evangelici doctrina eſt &c. *Habet Mſ. Reg.* Præceptum evangelicæ doctrinæ eſt — amantibus nos amorem red-

damus; ſed etiam hos, qui nos oderunt, diligamus.

propriore iſtud verbo as nuncupat.

Et in eodem & Albin. Propriore ſenſu elocuta eſt iſtud verbum græcitas, dicens.

. habitaturum &c.

Hoc quidem verbo ſuam hæreſin expreſſit Neſtorius: ſed quantum ab illo noſter diſſenſerit; vel ex uno lib. 1. de Trin. §. 11. pronum eſt intelligere. „Ac ne *inquit*, verbum caro factum aut aliquid aliud eſſet, quam Deus verbum, aut non noſtri corporis caro eſſet, habitavit in nobis: ut dum habitat, non aliud quam Deus maneret, dum autem habitat in nobis, non aliud quam noſtræ carnis caro factus eſſet — — — & in ſuis perfectus, & verus in noſtris.“ *Conf. l. 10. de Trin. §. 16. ſqq. & in Pſ. 53. §. 11.*

. perſequentibus me.

Hil. nocentibus.

ſciam mandata tua — ne.

ut ſciam teſtimonia *& mox* Domino.

undari.

Eſt in Mſs. Reg. Vatic. & Albin. emendari; *& mox:* emendator.

. de Phygello & Herne.

Reg. cod. cum Albinenſi: Fileto *ſubſequentia autem verba 1. Tim. 1, 20. de Hymeneo & Alexandro habentur, non de Phileto aut Phygello, ſicut nec de Hermogene Hymeneum vero & Philetum refert Apoſtolus 2. Tim. 2, 17. a fide defeciſſe: Phygelli etiam & Hermogenis a fide defectionem narrat 2. Tim. 1, 15. at utroque loco Satanæ traditionem tacet: ut Hil. proin hic ex memoria locutus videatur.*

pag. 579. innocentes. — *In Mſ. Mic.* nocentes. Tum *in tribus aliis:* per conceſſionem Dei. *At retinendum eſſe per* receſſionem, *ſuadet illud* §. 5: „Diabolus tanquam vacuam domum occupet, quæ ei Deo deſerente ſit tradita.“ *atque hoc tract. in Pſ.* 120 §. 8: „Deſolatio ejus idcirco traditio eſt, quia peccatores obtinere diabolus, niſi Deo ab his abſcedente non poterit.“

ibid. proficit in ſpes ſuas. — *Alii:* profecit in ſpe ſua.

ibid. virtute faciam &c. — *Legitur in Mſſ. Reg. & Albin.* Virtutem faciam & ſapientiam intellectus. Auferam &c. *& mox omittitur:* apprehendam manu mea ut pullos, & tanquam confracta ova auferam.

ibid. inhabitabiles. — *Græce:* κατοικουμενης.

pag. 583. humani corporis — ſpecies ad naturæ contumeliam expolitur. — *Conf. Cypr. de habitu Virg. Tom. I. pag.* 317. *ſeq. Ed. Wirceb.*

pag. 584. Alabaſtra. — *In hunc eundem verſum Ambroſius ſerm.* 16. §. 41: Invenimus, *inquit*, ſcriptum in Hiſtoria Xenocratis, naſci eum circa Thebaidis civitatem, Alabaſtrum.“ *Plinius vero lib.* 37. *cap.* 8. „Recentiſſimi auctores & circa Thebaidis Alabaſtrum oppidum naſci dicunt.“

ibid. in Topazo inſula. — In Topario, *ſcribunt codd. Reg. & Albin. Mic.* in topharia „Juba *vero apud Plinium loco cit.* Topazon inſulam in rubro mari a continente diei navigatione abeſſe tradit.“ *Archelaus apud eumdem Plin. in Arabiæ inſula quæ* Cyti-

vocetur, a Troglodytis prædonibus inventum ſentit.

4. ad matrem Regis Ae- Berenice *locis memoratis apud Ambroſ. & Plinium cognominatur. Quod pertinet illud Juvenalis Sat. 6. v. 155.*

»Adamas notiſſimus, & Berenices in digito factus pretioſior.«

iſſe delatum. *A Philemone nimirum regis præfecto, ut teſtis eſt Plinius, qui lapidem hunc ab Arabis negotiatoribus emit, quem illi a Troglodytis ſibi comparaverant.*

Hæc omnia narrat Hil. ut ferunt ſecularium geſtorum literæ: *ex ſacris enim, & nominatim Exod.* 28, 17. & 39, 10. *conſtat, topazion longe ante Ptolemæum cognitum fuiſſe; neque etiam rem ſibi ignotam hic memorat David, Ptolemæo multum antiquior. At forte hic lapis Moſis ac David ætate non ignotus diu poſtea latuit, donec a Troglodytis denuo inventus, quaſi nunquam ante notus habitus fuerit.*

5. dilexit te. *Hil. legit: perſcrutata eſt ea.*

7. prophetica. *Addit Mic. Mſs.* mandata.

8. usque in hos dies. *Habet unus e Vat. cod.* huc usque, ſcilicet in hos dies: *alter* huc usque, ſcilicet in his diebus.

2. ſed ſervavit cum ra- temporis & fidei jam obilis firmitatis, dicti que ſui temperatiſſimi um. *Ita Mſs. Vat. & Mic. niſi quod in hoc legatur,* firmitatem, *non* firmitatis. *Alii vero libri:* ſed ſecundum rationem temporis & fidei etiam immobilis firmitatem, dicti quoque ſui temperavit modum.

3. tabefecit me zelus us tuæ. *Hil. in enarratione Pſ.* tabeſcere me fecit zelus tuus.

pag. 593. & vivam.
pag. 595. Phinees filius Eleazar filii Aaron ſacerdotis ſedavit furorem meum a filiis Iſrael, in eo quod requievit ab animatione anima mea.

Hil. eorum, & vivificer.
Aliter hic locus apud Ba
& Lipſ. & in Mſs. Vat.
& Albin. legitur, ſcil
nees filius Eleazar filii
requieſcere fecit ani
nem animæ meæ; qui
lavit zelum meum. G
Φινεες υιος Ελεαζαρ, υι
ραντου ιερεως, κατεπαυ
θυμου μου απο υιων Ισρα
τω ζηλωσαι μου τον ζηλον.

pag. 599. qui æterna ſperat.

Reg. cod. cum Albinenſi:
terrena ſpernit.

pag. 600. teſtimonia Dei.

Solus cod. Vat. hic præfixu
bet: Ait enim, clama
te, ſalvum me fac.

pag. 601. & meritum.
ibid. ſed maturitatem.

Habent duo Mſ. ad meritu
Albinenſis cod. cum Reg.
immaturitatem *Forſitan*
rius. Ex quo ſuperius e
legendum eſſet: Præven
inmaturitate, *ex græco*
ωφθασα εν ακμια; *ut*
laba in *propter præceden*
librario exciderit. Vet
quippe particulam in, *con*
gentes cum vocabulo cui li
m *initium dabat, banc*
ſemper mutabant in im
patet ex Auguſtino in I
eundem Pſ. ſerm. 30.
„Quod ergo *inquit*, gr
dictum eſt εν ακμια, non
verbo, ſed duobus, id
præpoſitione & nomine,
interpretes quidam n
dixerunt, intempeſta no
plures inmaturitate;
duobus verbis, ſed uno,
jus vocabuli nominativu
inmaturitas: nonnulli
in duobus verbis, ſicut

cus posuit, in inmaturitate." &c.

602. pulsantem fores nostras inopem.
Habent prædicti codd. pulsantis fores nostras moras.

totius.
3 *Mss.* totus.

604. cum contemnimus.
Vatic. cod. cum contendimus.

præcepta.
Alii: præcepto.

universæ ætati tamen.
In Reg. & Albin. codd. universæ tamen Ecclesiæ. *in Vatic.* universæ tamen ætati Ecclesiæ. *Conf. lit.* 5. §. 8.

qui enim statutam Adæ voluntatis legem meminit &c.
De hac lege dictum videtur illud tract. Ps. 2. §. 16. „Voluntati ergo permissa bonitas est; ut præmium sibi voluntas bonitatis acquireret; & esset nobis æternæ hujus beatitudinis profectus, atque usus ex merito, non necessitas indiscreta per legem."

606. nimis, Domine: secundum judicia tua.
Hil. sunt Domine, valde: secundum judicium tuum.

a judiciis tuis.
Hil. de testimoniis tuis.

obedientes.
Habent aliqui codd. obrepentis.

607. judicandum.
Mss. Vat. vindicandum.

611. custodivi mandata a.
Addit Hil. & testimonia tua.

sed conformans evangelium Deo atque apostolicum rum, non ignarus est &c.
Habent 3 *Mss.* sed confirmat evangelicum Domini ad Apostolos dictum. Nam non ignarus est &c.

612. aut indigne subditur.
Subsequentia exigere videntur: aut digne: *nimirum postquam odiorum causam præbuisset.*

crudelitatis.
In 2 *Mss.* calliditatis.

613. sub imaginis sacramentorum momentis intelguntur.
Exprimunt antiquæ editiones, quibus 4 *etiam Mss. consentiunt.* Sub imaginis sacramento non parvi momenti esse intelliguntur. *Maur. conjectant legendum esse*: sub imaginis sacramento futurorum documenta esse intelli-

guntur: *quia ut habetur lit.* 4. §. 5. „Lex ſit ad futurorum bonorum ſpeculum conſtituta.“ *& paulo ante:* „quia hæc quæ in lege ſunt conſtituta, via eſt eorum quorum in his præformatur exemplum.“

pag. 615. eructabunt. — *Hil.* eructaverunt; *& mox:* pronuntiabit.

